13

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE

12

2 K

7

Digitized by Google

~~44-34.a-6~~

12. 11. A. 52

Digitized by Google

12-2-K-7

Digitized by Google

PERILLVSTRI DOMINO

BERNARDINO

BONANNO

BARONI TERRAE OCRAE.

INter mirandas Belzuartici lapidis occultas virtutes duas profectò admirabiliores esse censeo, quas vel natura ipsa obstupescens potissimas experitur. Harum altera in febribus, ac morbis vitalem virtutem in corde opprimentibus; altera in eijciendis venenis est conspicua; lapidis huius virtutes in Te virtutum omnium vberrimo promptuario nactus sum: quapropter,

a 2 dum

12 2 K 7
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

dum primam Metopoſcopię naturalis partem tuo immortali nomini dicatam in lucem edere decerno; non dubito, quin contra Inuidorum liuorem, ac Maledicorum vipereos, ac lethiferos morſus Te Antidotum Belzuarticum experiar; vnde nec liuoris febrem, nec maledicentiæ venenum, hoc qualecunque ſit opuſculum, pertimeſcat. Et ſanè Tibi vni deberi exiſtimo; tum quia Pręclariſſimi Viri Doctoris Dom. D. Aurelij Bonanni tui Patrui, quo familiariſſimè vſus ſum, in te Phyſonomiæ, Metopoſcopię, ac Aſtrologię admirabilē peritiam renouatam inſpicio; tum etiam quia eam laudem, quæ tibi ex Patrui tui toto orbe celeber;

berrimo nomine profecta eſt in me ex tuo nomine reduntaturam eſſe non ignoro. Hoc igitur munuſculum in meæ ſeruitutis, & obſequij argumentum, benignè excipias & Te, ac Baronum Andreæ Patris Doctoris Ioannis Patrui, amoris erga me hęredem præſtes, dum maxima, qua debeo obſeruantia Tibi à Deo Optimo Maximo fęlicitatum culmen imploro. Vale. Neap: 7. menſis Maij 1648.

Seruus humillimus, & alligatus

Philippus Finella

TABVLA.

De

03
Signet 1

PROOEMIVM.

QVam naturalem Græci appellauere Metroposcopiam, & nos metrum, hanc, mira Prisci, & ingenij acumine, & solertia possibili, animaduertere admiratione; cuius nimirũ, penè oblitus mundus, parum aut nihil hodie videtur esse existimationis. Proin si philosophiæ operam nauarent homines, haud parum frugi illam reperirent, & multo magis quàm veteres ipsi, ducerent, cum ex se adiumentum sit, & intuentis intellectũ, sui solo aspectu, subtilem, ac penetrantem efficiat. Quare huiusce nos vtili, deliciosaq; inflammati scientia, sex iam elaborando, experimentando, situando, lineationes indispositiones, accidentiauè obseruando, lustra consumptimus; naturalem quoque Phisonomiam, ac metipsam quam loquimur Metroposcopiam, Astronomiæ comparando, (semper tamen habita ratione huius officio scientiæ) Planetæ signum adæquã-

 do,

do, Planetam lineæ, lineam situationi situationem dispositioni, dispositionem accidenti, ac demũ accidens rationi. Et hinc texemus exordium, dicentes, in magnitudine frontis, nedum septem lineas, quarum vnicuique suus constituitur Planeta, verùm totum etiam cœlum inspici stellis depictum; & si non omnes interdum accidit apparere, haud propterea stat, quin suæ ibi sint situationes, idque fieri posse, quia Planetæ nõ semper morantur super terram; nam cum peregrini sint, & errantes, Oriente modo vagantur & Austro, modoue Occidente, & Aquilone. Duæ simul aliquando lineæ, quandoque tres prospici solent in fronte, hoc autem cum euenerit, plures eodem in loco adesse Planetas, ob errantium dispositionem siderum, vna in domo vnitorum, indicium est, & sic illas cogunt apparere: alias verò non septem tantùm, verùm, & bis septẽ perspicimus, idque non mirum, quoniam sorores hæ solent habere lineæ, raro tamen aduenit, & pluries nos vidimus, & obseruauimus, ac vnquam denique plus & minus, veluti disposita, siuẽ indisposita situatio erit, apparẽt; quapropter Metoposcopus, situationem frontis, ipsasque lineas obseruando, valdè debet cautus esse. Et si fortè in cuiuspiam lunaris linea, luna ascripta, signũ innotesceret, quod etiã in alijs esset, sed in Mercuriali, tũ Martiali, vel Iouiali, non ob id, in cæteros afferre,

re, quod in lunari, nec ipsum significatum, siue inclinationem dicendũ est. Et quoniã verum metrum, quo in frontis lineis metiendis vteretur, nunquam fuit olim deuelatum, sumus nos hodie parati propalare: Quamobrem cupiẽs quis seipsum demetiri, & ad quid pronus obseruare, Circinum capiat, quo frontis altitudinem, à nasi principio incohantem, & ad summitatem vsque sub capillos terminantem, cum sedulitate non modica, metiatur, quique id aggreditur, nè pro alia situationem exceptet, studium adhibeat, caueatq; nè sit caluus, & præcipuè in summitate frontis; Porrò ex tali caluitie solet incidere metrum non fieri iustum; & caluus cum fuerit, hic seruetur ordo. Distinguatur facies in tres partes, hoc est, incohetur metrum à menti inferiori parte, subter vsque in finem nasi, inde ad principium ipsius, quod est sub supercilia, & ab ipso principio sub vsque capillos, quæ tres sunt partes, quarum altera sumatur, & frontis vera habebitur altitudo, sicuè iusto potietur metro; quo obtento, cum diligentia septipartiatur, & à quam facies, diuisione, in quam cuiuscumque Planetæ situationem, linea feriet, colliges, & vbi linea non erit, inquies, talis huic situationi, Planeta deest. Ratio dehinc, quare nonnullæ non appareant lineæ, & aliæ sint in frustra diuersa interstecta, suo loco, & eo, quo similem decet ordine ma-

ne materiam, satis abundè dicemus. At quoniam in nostra omni functione, solemus breuitate gaudere, curabimus & in hac quoque vti, eò magis, quoniam affirmatiua iudicia minimè præstare intelligimus, cum non hominis, sed Dei omnipotentis sit potestatis, cui vt motori nostro, eiusque voluntati diuinæ subijcimur, & de simplicibus tantummodo inclinationibus à secundis causis naturaliter dependentibus, agemus, quippèq; inclinare dumtaxat queunt, non cogere, & qui homo libero latatur arbitrio, ac ratione, id omne, quod ipsius sit velle Dei, optimè gnorat.

CAPVT I.

IN QVO AGITVR, AC RATIONE probatur, naturalem fructuosam esse Metroposcopiam, & à temperamento, naturalisq caloris dispositione hauriri.

HAVD modici sanè nobis stuporis est, tàm præclaram videre scientiam, tantiq; fructus, vt naturalis Metroposcopia, tantæ apud antiquos dignitatis, & obseruantiæ, hodie tàmquam infructuosam, nulliusq; valoris, esse fermè abditam; & quidem tàm grandem, non alio valemus inferre culpam, nisi vel recentium desidiæ, ac otio, vel quam fortassis, in illa concipienda, sunt nacti difficultatem. Etenim quo scientia subtilis est, eo ingenij, intellectusq; deposcit perspicacitatem; neutra tamen hæc à nobis est admittêda excusatio, veluti perniciosa, atque fugienda prima, & licèt difficilis, vt virtuti quis se dedat, amplectenda secunda, quemadmodum nos ab annis iam vsq; teneris statuimus, in qua, etsi aliquid in principio laboriositatis sustinuimus, tantundem attamen gloriæ nobis dein fuit, atq; sominis in fine, cùm per laborem, obseruantiã, & experientiam, triginta annorum progressu,

ſuprema naturę occulta (homini magno adiuuamini) prodiderimus. Itaq; hoc exercitiũ, cum nobis nõ parui extiterit prouectus, curæ modo mandabimus, in lucem illud edendo, vt non minorem vniuerſalitati, conferat vtilitatem. A ſtellis igitur dicamus Metropoſcopiam originẽ, & fundamentũ trahere, ſuamq; in fronte apparentiam, cum omnibus illis lineis, à natura matre ibi poſitis, & ſituatis cũ ſuis correſpondentijs, aſpici, ac vniuſcuiuſque quoq; habitudinem, naturam, & propenſionẽ cerni. Forma quippè linearum, à naturalis effectibus oritur caloris, nam quãdo calor ipſe aptus eſt, pronus, atq; proportionatus, rectas poſſidebit homo lineas in fronte, profundas, ac optimè ſituatas, quando vero ęger & imperfectus, fractas, indirectas, interciſas, & malè quidem ſituatas, & ipſarum vnaqueq; à ſuo proprio emanat principio, quod metipſæ ſtellę ſunt. Vt autem maior habeatur intellectus, ſiccinè inquimus; ſtomacus lunæ ſupputatur, Mercurio ſenſus, iecur Veneri, Soli cor, ſanguis Marti, Ioui pulmo, & lien Saturno, quorũ tria ſunt principalia membra indiuiduum gubernantia, & cuſtodientia. Cor ſcilicet vitæ principium, & caloris naturalis. Iecur nutrimenti, & confirmationis. Cerebrum denique adminiculi, ac totius motionis. Horum autem principalium quiſq; membrorum, ſuam lineã tenet in fronte, quæ Mercurialis, Martialis,

Iouialisq; sunt, ex quarum virtute, cęteræ scaturiunt, plus, & minus substantiales, & vigorosæ. Quocirca cum in fronte tres tantum appareāt lineæ, ipsis, cæteræ quatuor non apparentes, sunt conglutinandæ, hoc pacto illas distinguendo, & postea connectendo; quæ soli obtigeret, Iouiali tanquam principio vitalis, quod est cor. Venerea martiali, veluti sanguinis, amoris, & irascibilitatis dominæ. Saturnina, & lunaris, mercuriali, ęquè supra cerebrū, sentire, & scire, dominium tenentes. Et ecce quomodo in tribus ipsis solūmodo lineis (alijs non apparētibus) omnium vis septem planetarum, & potentia, producuntur. Et cum hæ ipsæ apparentes lineæ videantur formatæ, integræ, productæ, profundæ, colore perfusæ, ac omni alia perfectione, certum est, perfectionem caloris naturalis satis tunc esse abundantem, & opulentā spiritibus vitalibus, nec alio posse modo quam perfectas, ac bonorum effectuū productiuas, illas enunciare; & è contra, quādo secus euenit. Cum enim Iouialis, & Martialis erunt sproportionatè latæ, & profundæ, id eis à spirituum superfluitate vitaliū, ac nimia sanguinis superabundantia, prouenire non lateat, & in tali casu, calor naturalis suffocaretur vni, alteri stultitiam contraheret: Verumtamen est mercurialis inter has excepta, velut habens ortum à cerebro, & idcircò recta semper, beneq; profunda

debet esse, & quò magis talis erit, eò vegetius virtutem vitalem cerebrum petere, & subtili hominem ingenio; sanaq; præstare doctrina, iudicium maius foret. Voluimus, solis de tribus his agere lineis, vt in dicendo, breuifieret prolixitas. cum simus securi, prouidum Lectorem quàm benè coniecturũ; quod de his prolatum, proportionatè, & de alijs omnibus esse intelligendum, & etiam percepturum, vt cum bona fuerint dispositione, valdè, & bonos allaturas hominibus effectus, nobilitatem videlicet animi, liberalitatem, humanitatem, ac magnanimitatem, & quando contrarium fiet, contrarios quoque parituras effectus. Hæ vè lineè sic in fronte patentes, speculum siuè boni, siuè mali interioris hominis, nuncupari, & possunt, & debēt; & vt melius habeamur, quatuor hic prænotamus exempla, de quibus iàm fecimus periculum. Primum de mœsto, siuè malenconico, qui cum sit fæculenti humoris, & escrementosi, cogitabundum videmus, & in dispositione repletum ex supcrabundãtia suæ frigiditatis, spiritus vitales impediētis, & calorem naturalem suspendentis, qui minimè quiuit illas benè dein informare lineas, vti erant futuræ, quemadmodum decima lustrat figura, vbi linea quædam perpendicularis ad principium vsque nasi demittitur, & rectas intersecat. Secundum de flegmatico, qui ob frigidum, & humidum calorem, haud intersectã,

vt in

vt in dicta figura, sed rectam gignit lineam, licet nō continuatam, sicut in quarta dignoscitur figura, ratio namque est, quia humiditas magis quàm siccitas generatiua est; ac proinde non prorsus sunt intercisæ lineæ, & hic flegmaticus respectu generationis, humorem habet malencolico aptiorem. Tertium de sanguigno, tantæ in se perfectionis, respectu caloris naturalis calidi, & humidi, vt intersectiones minimè ferat, nec in directam lineam, aptiorq; sit ad generationē, & ad corporis firmam valetudinem, atque ex hoc rectas, præciso impedimēto sicuti noua elicit figura, tenet lineas. Quartum, & Vltimum, de iracundo, qui tanto exagitatur calore, vt pro nimia caliditate, suffocatæ emergant lineæ, nec per fronrē protendi valeant, & ratio quia tantæ est caliditas siccitatis, vt demergendi libenter polleat facultate, & integras minimè formandi lineas, vndè, humido generatiuo, à siccis præpedito vaporibus, humidum humectans destruit, & hac de causa informes, ac intersectæ procreentur lineæ, veluti octaua vergit figura. Et cum aliæ, vt plurimū, linearum varietates inter se differentium, formari soleant, superadditur adhoc, in humanis corporibus non semper simpliciter; & absolutè esse humores, quemadmodum in quatuor superioribus renunciauimus, id etenim si foret, eadem essent hominū natura, & forma, verùm

cum

cum hæ mistæ sint, & differentes in metipso vno composito, plures concurrunt causæ, & lineas differentes, & intercisas faciunt, & sanguinis nutrimentū à iecore procedentis adustum natura, & spiritus, qui in parte vitali generātur, frigidos ac malencolicos esse. Enimuerò quidunquam boni, binæ naturæ contrariæ, vno tempore, vnoq; in corpore deferre queūt? dùm vredine altera caloris vitalis effectus consumit, & frigiditate altera omnem impedit perfectionem, nec formatæ valent lineæ in fronte videri, & tales diuersitates, ac deformitates, à differentium contrarietate humorum, vt latum est, proueniunt. Monentes nequaquàm esse lineas, quæ hominem agitāt, quādo alicui se immiscet operationi, sed humor interior, quem, verum tamen est, per ipsas nobis lineas esse notum, quo significatorū quoq; cognitionem capimus, & id scire est hominibus magno solamini, Phisicis præcipuè, qua quidem obseruatione, ad hominis naturæ veram determinationem, attingere facilè valent. Et naturalis calor cùm in quatuor sit diuisus gradibus, debilis scilicet, fortis, fortior, & fortissimus, sicuti plus, vel minus vegetus erit, ita & linearum retribuet situationi; & quod à naturalis vi caloris, illæ scateant, exēplo probamus. Obseruationibus à nobis in homine & muliere peractis, haud quaquam rectas in eis, nec benè formatas reperimus li-

neas, ni bona perfectaq; fuerint habitudine potiti, nec vnquam notabiles subiere euentus, vel violentas neces; contrarium postmodum in illis experti sumus, fractas, & interfectas habentibus lineas; indesinenter ęgritudine laborarunt, prægrandes sunt perpessi casus, & subita prærepti morte, ac violenter; & non ab alio, quam indispositione, atque tenui corporis constitutione processit. Et nempè non parum in vnaquaque possemus figura diffundi, & vndè earum prodeant species, rationem ferre, verumtamen nè vltra nostra progredi videatur oratio, omittimus id facere, cum satis sit, cōpendiosè annuisse in quatuor allatis humoribus; & habeatur de alijs, quod de ipsis prætactum est; ex quo Planetarum constituimus situationem, qua perfectionem, & imperfectionem, minori quitur percipi labore. Porrò si linea ex infortunato Planeta deriuat, & ad fortunatum meat, dicē dum est, illum talem aliquod habere impedimentum sibi bonum illud retardans, quod fortunatus Planeta spondet; & quando à fortunato, ad infortunatum migrat, dicatur, fortunatum mitigare malum, quod ei infortunatus minitat. exempli gratia, Sol aut Iuppiter vitalium dispositores, spiritibus vitalibus, qui n alij magis corroborati, quando recti sunt, & absque impedimento, nequeunt à maleficis, sui causa roboris recipere obiectum; id ipsum, & de cæ-

de cæteris eſt quoque cenſendum ; & hoc ſac circa diſcurſum , cui , vt ad praxim , in qua prouidus Lector plenè fiet capax totius,commeamus, finem imponimus.

Modus vniuſcuiuſque lineæ reperiendi ſituationes in fronte. Cap.2.

FIGVRA PRIMA.



PRima ſubſequens eſt obſeruanda figura, & vt prætactum eſt,frontis demetienda alti-

altitudo, illam ſeptipartiendo,ab A, elemento in principio naſi ſignato, incipiendo,cuius ſituatio Lunæ adſcitur,quæ propterea lunaris dicitur, gradatim ſcandendo ad literam vſq; G, poſtremã ſupra frontem. Secunda ſequens litera B. Mercurio,quæ & mercurialis. Tertia C. Veneri,vndè venerea. Quarta D.Soli,quare ſolaris. Quinta E. Martis, propterea martialis. Sexta F. Ioui,ideò iouialis. Septima G. Saturno, idcirco ſaturnina dicta, & ſic nequitur in metiendo tranſgredi,pandebitq; quoq; quando lineæ adſint necnè,& de defectura dicetur,eius Planetam non eſſe ſuper terram, & ſi tamen erit,feralis accietur,& errans,hoc eſt,dignitate priuatus,quapropter ipſa ſolerter proſpiciatur figura.

Frontis lineas deſcribendi methodus. Cap.3.

AEqualiter denique partitis linearum locis, eſt illius, qui obſeruatur, naturalis ponderanda phiſonomia, obijciendo an die ſit,vel noctu ortus, id etenim præſagere multum refert, vt eius non ignoretur inclinatio, alias nec præterita valerent incidẽtia dignoſci, nec præſentia, & id in perſpiciendis auribus colligi, facilè poteſt, quæ ſi ex inferiori ſunt parte ſeparatæ, diuturnus erit ortus, ſi clauſæ, nocturnus, de quo in noſtra naturalis phiſonomiæ in lucem iam editæ,prima parte, lucu-

luculenter tractauimus, idcirco nō est hic necesse reiterare sermonem; cùm igitur fuerit die natus, ex parte dextera definiatur, si verò noctè, à sinistra, isque principalis est modus rectè huic proficiendi scientiæ, scilicet, quæ traduntur formulæ benè seruare.

De vnicuique frontis linea annis assignatis, & hominis ætate centum viginti annos non transcendente. Cap. 4.

QVemadmodum septem in fronte hominis esse lineas superiùs probauimus, & vbi ipsarum aliqua, defuerit necessariò suam futuram esse situationem, sic modo in quarto hoc capitulo, est quoque opus, earum vnicuique ascriptorū comprobare quantitatem annorum, vt ad quem hodie vitæ terminum potest homo naturaliter peruenire, confirmemur, quod nimirū perfacilè exequemur, dùm summi Creatoris auctoritati inhereamus, nos illis verbis in Gen. c. 5. ita docentis, *Eruntq; Dies illius centum viginti annorum*, quos quidem septipartiendo, illarum cuilibet decem, & septem anni, dies, & horæ supputantur; & à nobis septem linearum facta probatio, ac dictorum centum viginti annorum responsus, hac ipsa magis inualescunt auctoritate, sibi inuicem vim inferentes, & huiusce ueritate scripturæ, atque vigore, illorum

lorum confutatur sententia, alioqui dictorũ annorum diuisionem sentientium, quippè qui primæ lunari lineæ quatuor adiudicãt annos, Mercurij secundæ duodecim, totidem Venereæ, decem & nouem Solari, Martiali quindecim, duodecim Ioui, Saturnoq; triginta; qui numerus centum & duos nõ præterit annos, quamobrem eo magis falsa, & erronea ipsa reijcitur opinio, ac nullius prorsus mentionis, tum, vt non explens centum viginti annorum plenitudinem, tùm, vt fundamenti, rationisq;, qua dirigatur, siuè stabiliatur, expers. At quis si diceret, talium haud esse naturalem linearum formam, sed accidentalem, & à quo homo tempore viuit, productam, ac potiùs rugas, vel crispas quàm lineas dicendas, iduè nostrorum veterum ob diù viuere parentum asserendo, inquiens, numerum decem & septẽ annorum valdè longè protendisse in vnaquaq; linea, & propterea necesse, vel multo maioris numeri quam septem fuisse lineas, vt ad decẽ & septem annorum signum pertingerent, vel casu, & non natura illas prouenisse. Satis autem leuiter huic satisfaciemus obiectioni, dicendo, nihil omninò esse dubij, quin naturales hæ lineæ sint, non casuales, velut viuis in præsenti nostro tractatu rationibus idoneè autumamus, & cum hoc indubitanter verum sit, verissimum quoque est, non plures quam septem esse posse lineas, tametsi mille homo de

gerer

geret annos, (hoc enim peculiare foret priuilegiũ quod illi Deus præstaret, sicut & Mathusala, qui quosdam vixit annos plusquam Adam) & decem & septem annos vnicuique describi depost diluuium, denunciatæ virtute auctoritatis: & quo tempore nostri ipsi Patres sic prolixe viuebant, adhuc ipse numerus exstabat septem linearum; id verò temporis, ipsarum cuilibet centum triginta tres deputabantur anni, vti clarè colligitur in Adam, qui nongentos vixit annos, & nullus vnquam amplius ad hanc deuenit metã, prædicto Mathusala excepto, quoniam Adam fuit à Domino perfectè formatus, ac omnibus septem exornatus lineis, (vt est piè credendum) benè formatis, & perfectionatis, cæterosq; omnes, qui ad illam non peruenere ętatem, perspicuũ est, aliquem habuisse defectum in ipsis, aut numeri, aut interfectionum. Et exin, cum S.D.M. fuerit placitum, vt perlatum est, hominis imminuere vitam, annos exemit, & lineæ remanserunt cum suis situationibus, & id omne vt recenti aliquo vallemus exemplo, vnum inter tot, quæ obseruauimus, & in dies obseruamus, proferemus. Quemdam reputauimus lunarem lineam rectam, & integram, habentem, & tertiam partem Mercurialis, ad annum vsque vigesimumsecundum, vel tertiũ vixisse, & postmodum vita secessisse vidimus. Ex hoc ergò clarè percipitur, & lineas à na-

tura

tura procedere, & annos decem, & septem quamlibet secum ferre, cùm tamen integra sit; & recta. Quare, hoc concludendo capitulum, ita inquimus, hominem centum viginti posse naturaliter degere annos, omnes septem habentem lineas rectas atque perfectas, & minus illud victurum, quod ei in ipsis lineis deerit.

Quod omnis linea frontis particulare suum dominium in membris habet humanis.
Caput. 5.

FIGVRA SECVNDA.

EVidens quidem est, vnamquamlibet ex septem frontis lineis, suum in membris peculiare imperium exereere humanis, nimirum lineam primam, quæ lunæ est, stomaco præesse, & ideò sthomacalem à quamplurimis vocari. Secundam Mercurij, in linguam, & memoriam dominari, propterea lingualem, & memorialem nuncupari; Tertiam Veneris, genitalibus inesse, & genitalem dici; Quartã Solis, oculis, & cordi, idcircò ocularem, & cordialem; Quintã Martis, Venis, & felli, proindè venalem, & fellealem; Sextam Iouis, Iecori, & sanguini, exidè Iecoralem, & sanguinalem, Septimam Saturni, Splendi, & Vessicæ, quarè splendialem, & Vessicalem. Hoc verò

B nomi-

nominũ genere linearum metopoſcopi vtuntur, ex quò illarum ditioni ipſa membra ia-



cent; & ob curioſi lectoris maiorem ſenſum, hic illud nos quoque præſignare voluimus, qui profectò facilius, & certiùs ſubactos accidentibus iudicabit effectus: Et deſcripta figura, ac inſpecta in qua ſit Planetæ ſituatione, eſt neceſſe vt ſciat, an quam obſeruat lineam, recta ſit vel indirecta, longa, vel breuis, continua, vel intercíſa, ſuperficialis, an profunda, & ſi in plura erit fruſtra diuiſa, vt in ſecunda ſequen-

ſequenti elicitur figura, eſt, in quo ſit loco ſituata,& à qua parte incohet,& in qua diuiſio, animaduertendum: & ſi modicum illud lineæ ex parte dextera erit, vbi extat litera A. eſt tute dicendum illum talem ex ſuorum cauſa maiorum fortunæ bonis vſurum, ſi in medio vbi litera B. ex ſe fore aptũ ad ipſa cõparãda, & ſi in ſiniſtra, vbi litera C. ex ſuæ cauſa matris. Itaq; dextra pars Patri cõpetit cauſa ſolis, ſiniſtra Matri, cauſa Lunæ, & ſibi metipſi mediũ cauſa Mercurij; Verumtamẽ hoc intelligitur qñ modica illi linea recta, erit, ꝙ ſi fracta, interciſa, vel male ſituata, veluti in tertia diuulgatur figura, contrarios illius poſſeſſori concipiet effectus, ideſt, in litera A. interſecta linea ſi foret, ſui patrimonij, magnus diſſipator, conſumptorque erit; in litera B. nequaquam bona nanciſcetur; in litera C. Materna diſperdet. Totque in hominum frontibus linearum inſpicere diuerſitates, admirandum non eſt, cùm ex humorum varietate illæ procedant, & vt corporis firma fuerit conſtitutio, ſic profundas, rectas, & abſque impedimento, itidem formabit lineas, quando vero, infirma, *indirectas*, *fractas*, & interſectas cauſabit, (*verè* effectus habitudinis ſiue bene, ſiue *malè* affectè) Cùm ergo in Lunæ ſituatione, *rectæ lineæ* ſignum, vt in ipſa ſecunda ſignatur *figura*, apparuerit (licet in quauis ex tribus partibus ſit, dextra, ſiniſtra, vel medio,

dummodo in eadem lunari emineat situatione, sufficit) semper habetur, in sua primæua ætate, ipsam esse fortunam, hoc est, ad decimum septimum vsque ad annum,& si in secunda situatione, quæ Mercurij est, ad trigesimum vsque quartum, si in tertia Veneris ad primum,& quinquagesimum, si in quarta Solis, vsque ad sexagesimum octauum,& ita successiuè in quinta Martis, sexta Iouis, & septima Saturni; Et hæc vera certauè formula est, facile sciendi per frontis lineas, ad quid homines sint procliues. At planum vt id fiat, sequẽtes obseruentur figuræ secunda scilicet, & tertia.

De tribus principalibus frontis lineis. Cap. 6.

FIGVRA TERTIA.

FActa frontis consideratione situationis, tres illæ principales sunt spectandę lineę siquidẽ Mercurialis, martialis,& Iouialis, ac an rectæ sint minutatim cõspicere, qm̃ ipsarũ si altera recta, & innocua erit, hominẽ ad sexaginta ætatis annos tunc peruenturum proiendet, si duæ, ad septuaginta, si tres insimul, ad octoginta: & hoc de tribus ipsis lineis, vti principalibus, intelligitur. Porrò, si has tres insequentur aliæ, idest, quarta, ad nonaginta, si quinta, ad centum, si sexta, ad decem,& cen-

centum,& si denique septima,ad viginti supra centum;E cum ipsæ principales lineæ sorores, æquè dictum est, haberent, plurimum, quendam illum,emolumenti,ac vtilitatis,prout linea foret, & in qua situatione, capturum ob-



tendunt,eoquè tempore id probabit euentus sin autem indirectæ,& interceptæ,alioqui adueniet,ideò benè seruentur,& nè præter spem quid accidat,prouideatur,ac situationi magis quam ipsi lineæ, ratio potissimum habeatur; Nam situatio aula est Principis, linea reus,

 quod

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

quod si delinquens Principi offecerit, eodem in quo reperietur loco pœnas exoluet, sique minimè læserit, aula ipsa tuebitur, illæsumq; patietur abire, idcirco situatio præstantior est linea; Verumtamen linea non propterea dicitur non esse, quæ plus, & minus, iuxta quam est situata locum, propendeat, idest, si in Veneris situatione erit, alium germinabit effectum, alium, si in Martis, aliumq; si in Saturni, &c. Quamobrem diligens Metopofcopus ambas est metipso tempore inspecturus, situationem scilicet, & lineam, etenim vis tota propensionis residet in illis.

De modo significandi lineas præteritas, præsentes, & futuras. Cap. 7.

SVnt quidem linearum concauitas, longitudo, & profunditas, indifferentes, concauæ scilicet ad fossularum instar, longæ, vt tempus complectetur vterque, & profundæ; vt instanter se prodant; at hoc non sufficit, quia colores formasque earum oportet attendere, ex quo frequenter in diuersa mutentur. Et vt diligenti laboriosum non sit, quamplurimas decreuimus hoc in capite proponere varietates, vt paucis queat concipere totum, talesque præfinire casus: Quoniam similes non librando colores, minimè censere valeret, an præteritus, præsens, vel futurus esset euentus. Cùm itaq;

itaque linea, in quauis fuerit parte frontis, per delicatè metietur, nam crebro aduenit, post ponderatas decipere, se aliter quàm prius tra dendo; In hoc enim sæpenumero incidunt Tyrones, immemores, Metroposcopiam verum esse metrum. Qua in re posset quis, quendam definire decimum tertium agentem annum, in cuius inclinatione aduertit lineam lunarem, in prima situatione conscissam, & intercisam, cum signo se submergendi aquis. Verbi gratia, si quem ille obsrruat adolescentulum, in terdecim adunguem annorum esset ætate, ipso insciente, & calculum ducens, diceret, ad ipsam esse propensum sub mersionem ob lineam, ea in ætate intersectam, in quam si non incurreret dein dicerent auscultantes procul bio, hunc inspexisse inclinationem, & immersionem prædixisse, sed non aduertisse multis abhinc diebus iam præterijsse. Quare adhoc, vt non labatur, linearum spectetur figura, illarumque considerētur colores, qui si albescent significatum, inquiet, iam transmeasse, si rubei imminere, si nigri, futurum; & quo magis color albus, eo magis præteritum tempus erit, quo rubrior, eò propinquius, & quāto nigrior, tanto remotius: hosue quoque, non ignoretur, diffundi colores; nec, albas, rubeas, nigrasque reperiri dicere lineas, durum reputetur, cùm lunæ dirigantur albæ ob humiditatem, & tanquam corpori diafno propter pituitam,

datur ille color, & ex metallis argentum Rubræ Marti, ex causa bilis prædominantis, cui febris, iacula, omnisque sanguinis effusio coaptantur, & ex metallis veluti calido, & sicco ferrum, quod ob quam rubiginem producit rubrum est, & cum sit iracundus, ac indignatione ferocissimus, est motu velocissimus, nigræ tandem Saturno friggido, & sicco, natura terrea, cui futura donantur, ægritudines longas, vlcera, asthmam, apoplexias, ex metallis plumbum, & nigrum de coloribus, facitque hominem cogitabundum, ac illætabundum. Quo circa tenui Lunæ cursui inhærent albæ, Martis velocitati rubræ, & nigræ Saturni tarditati; Harumuè linearum ratio colorum, vt cognita fiat, dicimus illas ab influxibus deriuare cælestiaus, quemadmodum exemplo cōprobabimus; Erit quidam, qui in trigesimo quarto anno lineam habebit mercurialem in infimiori loco confractam, & intercisam, cui, licet non sint plusquam viginti, non ideo non est ei proferendum significatum, sed inspiciendum ad quam ipsa tendit linea colorem, & an ascendat intercisio, vel discendat, & si color albus erit, & ad lunarem deueniet, libere dicendum, illum triginta quatuor tempore annorum, malam à sthomaco valetudinem, ex magna frigiditate procedentem subiturum, ac anhelationem, tussim, distillationem, & similia passurū; at si conscēdit intercisio, ex hepatis

patis

patis humore à linea venerea, iecoralis dicta, proueniente, orietur infirmitas; si ruber, & descendet, sanguinis effusionem absque culpa, & scandendo ad veneream, cum causa experturum; Demùm si niger, & ad lunarem declinabit, bonorum amissionem; ad veneream verò transcendendo, prægrandia infortunia, ac litigia ex iustitia laturũ. Si tamen paruulæ patentes lineæ, intus lineas, erunt rubræ, tùm propinquior ista erit indispositio, si albæ præterita, si nigra, tardior, & hoc satis, circa dictum.

Modus dignoscedi gratia Planetæ homini prædominantis. Cap. 8.

CVm lineas in fronte, vt in sequenti quarta figura, delineatas, homo obtinebit, in illum Lunam dominari, signum est, quæ quidem quinque ipsum potiri lineis, paruulis tribus, & rectis, & duabus longis quoque rectis, inclinat, quarum altera ramusculũ in sinistra parte facientem angulum habebit, velut ipsa ad vnguem significat figura.

FIGV-



FIGVRA QVARTA.

ET cum illi dominetur Luna, erit aspe-ctu amabili, bene proportionatus, benevolus, patiens, in agendo amenus, dignitate fungetur, magnus, crassus, albus, longa, densaque barba erit, rotundiori vultu quam longo, non solutus affatu; aliquod in oculis portabit accidentale signum; vtraque vte-

tur,

tur, pro dextera, manu; aliquam ex parte sinistra, protendet tolerare plagam; exiguæ, & acuminatæ venæ eius erunt; vultu haud multum profuso colore, immò aliquantispèr decolore; albas, ac exiles possidebit vngues, frontem prægrandem, & amplum, breuem nasum, os tenue potiùs quam magnum; oculis satis modestus, aculeatioribus dentibus quã laxis; frequenter ęgrotabit; non plurimum feret laboris. Vnica tantùm Lunæ domus adscitur, quæ nimirum est Cancri signum, qui in horoscopo cùm fuerit, latum additat hominem atque breuem, cuius superiora membra, ponderosa, magnaque erunt, & ipse magno corpore, statura iusta, sed curtus potius, quam procerus, capitis barbeque capillos, colore, & planitiæ differentes, quandoque crispos habebit; ceruicem magnam, scapulas latas, moderata bracchia, productiores manus quàm breues; incessų grauis, nonnihil animo iacens, potens coitu, inanisq; gloriæ cupidus. Cancer in horoscopũ causa mulierum hominem passurum designat, ex quo facilè exardescet amore, callidus ingenio, in occultis reperiendis fortunatus, satis in colloquio modestus, parcus in dicendo, in fortunæ bonis temperatus, vltimam non gustabit calamitatem, & quando rectis, maximè, lætabitur lineis, sicuti ipsa instruit figura. Vltor erit, pareat difficulter in sua primeua ætate ali-

quan-

quantulum infelix, fortunam deinceps commutabit, florentissimumq; præseferet; varias peragrabit regiones, sedulus suam in prosequendo sortem, suarum pleraq; pars hostilitatum vigebit causa mulierum, amicorũ odio præmetur, à consanguineis detrahetur, attamen redet in gratiam. Hoc signm in ascendente varias præsignat affectiones, modicum autem permansuras,& quibus acerbis concutietur,erunt tres, altera scilicet anno trigesimo,trigesimo secundo altera, altera verò sexagesimo octauo; quod signum in triginta diuiditur gradus, quorũ tres fiunt partes, vndè decem cuilibet contingunt, & hi 30.signi gradus,facies appellantur, primæ,ex quibus,quę Cancri est, dominatur Venus, & hominem pilo facit æquè depicto colore, arctum super cilio;signa in bracchio dextero,vel genu portabit; satis fideles possidebit amicos,ingeniũ præstans ac doctrinam magnamq; contemplationẽ; & nobili ingenuoq; erit animo. Secunda Mercurij, capillos emittit valdè densos,satis humilem frontem, staturã haud magnam, in loquendo præpeditum interdùm efficiet, & aliquod in oculis indubitatè signum. Tertia, quæ Lunæ, multum corpore crassum, supercilijs valdè pilosum, melatoq; colore, atque sulfureo. Cùm tamen mulier erit, taleq; in horoscopo signo gaudedit, oratricem spondet, vanam, ac primi motus, facilem


irasci,

irasci, demulceri morosam, sed liberalem, atque magnanimam; plurimis fruetur liberis; malè erit affecta, mendax, & velabitur vt verax; multis succumbet insidijs; decipietur, & frustrabitur. minitat signum ipsum illam ab alto casuram; valida erit constitutione, luxuriosa, & ad occulta inopinataq; reperienda, tanquam homo procliuis; notabile damnum subibit, à canibus mordebitur, fœlicitate tandem, & honore, diuitijsq: affluet.

De Mercurio.

QVando tres rectas in fronte possidebit homo lineas, & quæ subest prima, binos erga nasum descendentes continebit ramusulos, ac totidem in tertia desuper ad capillos ascendentes, quemadmodum quinta gerit figura, iamtùm dicendum illi præsidere Mercurium.

FIGV-



FIGVRA QVINTA.

CVmq; ita sit, speciosus erit, forma prestās, industrius, loquax, sed mēdax, vt plurimū, carne gracilis, cogitabundus, & anxius; manus tremulas digitosque habebit productos, barbam nigram, ac omnino mercurialem, tenuia crura, corpus longum, armos latos, & fictos, ventrem aliquantulum expositum, arctum fron-

frontem, ſupercilia prolixa, nigros oculos, naſum proportionatum, artiorem tamen quã latum, magnoq; pollebit ingenio; vultus tẽperatè erit colore perfuſus, venuſtus, atque formoſus, mentum decenter lepidum, & ſignũ in coxa vehet. Hic Planeta bina ſigna tenet, primum Gemini, Virginis ſecundum. Quando homo cum Gemini ſigno orietur, mediocri corpore erit, formoſus, ſanguinea, ac tẽperata habitudine, pectore lato, fidelis, gratus, humanus, peritiſſimus geometra, muſicus excellens, in ſcientijs verſatiſſimus, ſcribere delectabitur, cum externis quàm cum gentilibus ſplendidior, & ſatis acquiret opum. Hoc Gemini ſignum, ſubmerſione canuumq; quoque morſibus natum periclitari, omni quadrupedum genere offenſas pati, & vlcera in vita experiri, minatur: ad oras diuerſas itinera capiet, bona de eo fama volabit, æque fidelis & pius, ad dignitatis gradus extolletur & in rebus mechanicis exquiſitus, lautè ſericatus incedere oblectabitur, multis ſubiacebit infirmitatibus; & potiſſimè anno ſeptimo, decimo, trigeſimo, ac ſeſſageſimo octauo, & primæ, ſigni huius, faciei Iuppiter præeſt, ſecundæ Mars, tertiæque Sol; Cum ergo in prima Iouis, quis naſcetur, mediocri ſtatura fulgebit, ſpecioſo corpore, pulchriſq; membris; ſigna ſupportabit in capite, vel genibus, comis, mitiſque erit, mulieribus præſertim, facile in-

le infirmabitur, paucos prægustabit natos, & fortassis sterilis censebitur; Si in secunda Martis, statura pusillus erit decora tamen forma; & subfusculus aliquantisper; in genitalibus signo vexabitur, parum eloquens, sed bene morigeratus; Si autem in tertia Solis, corpus habebit proportionatum, pronus ad virtutes, verumtamen strauagans, cerebrosus, & audax. Si verò mulier, venusta erit præstans, cōstans, mollibusq; carnibus: in crimen veniet, cum sit illius expers, ab omnibus adamabitur, foelix reputabitur, locuples, & magnæ existimationis, sæpè patietur abortus, ac incommodas ægritudines, & inter alias vigesimo quinto anno, & sessagesimo secundo; nec multum foecundabitur. Secunda Mercurij domus, Virginis est, quæ cum in horoscopo sit, natum facit pulchrum, corpore gratiosum, bonis moribus exornatum, statura sublimi, in tractando veridicus, fidelis bonauè doctrina, omnium misericors, oneribus dignitatibusque (optima fama duce) decorabitur; paucos gignet filios, verecundus, & nimis propriæ amicus opinionis, cuius omni scientiarum genere callere cordi erit, & satis propterea studiosus; ex causa parentum damna subibit, pluresque ducet vxores, & quoties virginis horoscopo, ipsa Mercurij sociabitur lineatio, primam vxorem mox secessuram deuelat, melioremq; in aquis eiquam terris fortunam spondet, malè sapiet

affecta

affecta corporis constitutione, modicauè virtute; munificus erit, atque magnanimus: in prima, & secunda ætate ditior, quàm in tertia, & quarta; Grandes in tricesimo tertio anno, itemq; quinquagesimo & secundo super quinquaginta ei imminēt infirmitates, ac erūnæ plurimæ, post id vero temporis naturam commutabit. Præterea euidens in vultu, & in fronte potissimùm signum promittit, & septuagesimo, vel septuagesimoprimo anno prolixa ægritudine quati. Hoc signum virginis in suo horoscopo, iuxta factam in præcedenti capitulo facierum diuisionem, tres quoque habet facies. & sol primę dominus est, qui natum denunciat virtute præditum, memoria facili, bonauè conuersatione, signum in coxa tenentem, & capillos longos, atque crispos; proceritate erit mediocri, corpore vultuque ameno, non multum in procreando fœcundus, sed penè sterilem. Secundæ, Venus pręest, & natura decorum præstat, oculis exiguis, religioni, bonisq; moribus addictum, at cupidum, & suspiciosum. Tertiæ verò Mercurius met adest, ipseq; quoque speciosum, simplicē, docilem, honestum, ac timentem indigitat natum; & mulier cum fuerit, & virginem in horoscopo habuerit, verecunda, laboriosaq; exiliet, ac primi motus; proximum diliget, grauibus per consanguineos deprimetur dānis, inimicorum vltione gaudebit, haud mul-

tum ſcita, bona tamen eſſe natura, aliorum deprehendet verſutias, plurimis vexabitur tribulationibus, ab alto abſque offenſione ruet, non erunt ei infeſta negotia, in verſando iocunda, & grata, libenter infortunia perferet, profundas complectetur cogitationes, quod in corde, hoc & in ore, varias deguſtabit affectiones, præcipuam ſępenumero octogeſimotertio anno, vel quarto, & in coxis ſigno præmetur.

De Venere.

HOminis frons quatuor delineatus lineas, perpendiculari ſcilicèt prima, quæ per naſum demittitur: ſecunda recta, dimidiata tamen, tertia, quæ ad foſſulæ inſtar recluditur in medio, quarta denique recta, velut ſexta teſtatur figura, à Veneris Planeta & aſcendente protegitur.

FIGV-



FIGVRA SEXTA.

HIc Planeta in horoſcopo cum ſteterit, ſiuè in vna ex duabns Tauri, vel Libræ domibus, *hilari* vultu enunciat natum, ridentibus, & pulchris oculis, iocundum, capillos habebit ſtratos: ac ſubtiles, naſumq; aquilinum. *Si* Tauri ſignum, comitem ſe exhibebit, *magnum* erit nato caput, apertæ nares, craſſum *collum*, humeri, frons, oculiuè magni, ca-

pilli expansi,qui si nigri, perfectè nigri erunt, & cilia spissa,non magno corpore,sed audax, & impudens, strenuus,nō tamèn agilis,segnis in incedendo,iners quàm sedulus, & laboriosus,ad iacula perferēdo pronus,& iurgia perpetranda,suorum vltor hostium,ex causa mulierum vestietur bonis, alienigenis potiùs, quàm propinquis liberalis, extrà magis, quā in patria sua sorte iucundabitur, ætate prima haud multum fœlix, at posteà fruetur secundis, emendo maximè, & vendendo cupidus, & iacturam in facultate probabit; hasuè cùm habuerit lineas, & Taurum in ascendente foret, ostentatorem se præbebit, mendacem, luxurijs deditum, incorrigibilem, plura periculosarū genera affectionū, inter duodecimū, vel decimumtertium annum, vigesimum, vel vigesimum primum,trigesimum, quadragesimum,& septuagesimum quartum in senectute sustinebit; si in prima Tauri facie assiderit, cuius dominus est *M*ercurius, tunc nauus,ac diligens erit natus, oculis magnis, pinguibus labijs, aliquod in capite signum portabit deliciarum amicus,atque consuetudinum. Si in secunda Lunæ, se satis libidinosum constituet consilio instabilem, incertum, & errantem, hæcuè signa primæ respondent faciei.Sin autē in tertia Saturni,mollem,ac tardum,socordē, ignauum, atque somnicolosum, auarū, ac tenacem,& cum in postrema Tauri facie Satur-

nus

nus reperiatur, qui frigidi, ficciq; funt, quod infirmitatis indicat fignum, vteri dolore iactabitur, & plagis in cruribus; & mulier cùm fuerit, ad negotia fe promptā excitabit, longis committet fe intineribus, igne afficietur, excedet in prçceps, abdita propria, liberè pādet, folers, & feftiua, cunctis moleftijs finem imponet, circà quartum, vel quintumdecimū, octauum, vel decimumnonum, vigefimumfecundum, vel tertium, & trigefimumtertium, vel quartum annum ęgritudine moleftabitur, trigefimoquinto poftea, vel fexto fortem permutabit in melius, pluribus nubet uiris, primum quidèm in florida ducet ætate, fubmerfionis difcrimina incidet, grauiq; fexagefimo anno morbo cruciabitur. Secūda Veneris domus libra eft, quæ in afcendēte, eleganti ditat forma natum, magis fufcum, quam candidū, in loquendo venuftum, & citum, fapientem, iocofum, ac veneratum, longafq; intrabit peregrinationes, in illum marcefcent inuidia, & oblędent præcipuè cognati, fuorū meritorum partem vnquam affequetur, honori, & iuftitiæ timorem præftabit, plures vxores conducet, prima non arridebit ei, illius attamèn, ac aliarum præter hanc, hæreditate perfruetur, ad cæterorum gefta credendū arduus, mulierum caufa fubibit incommoda, fęcundus in facultatibus, veterator, intelligens; bene moratus, non inutilium confiliorum, ac doctrinæ

institutor, celsas excipiet dignitates, bona fama viuet, bonisq; quoque vtetur ecclesiasticis, si Religionē, aut apta loca inter Præsules, & Religiosos deget, & quoties venereæ lincæ, & horoscopus, qui libra est, simul erunt, Prælatura natus prçfulgebit, bonamq; post mo tē de se famam relinquet. In alio verò statu, cōmodè firmus erit ab opibus, cunctorū capietur amore, valdè libidine fçdus, prima vxore cōfestim orbabitur, plurimis onerabitur morbis, & potissimè ætate annorum sex, vel septē, 17. vel 18. 34. vel 35. & 38. vel 39. & his prçteritis vnum, & septuaginta, fauente Deo, appellet, abdita obtinebit, & bonam sortem, imperiosus in curis, cuncta sibi & honore, & victoria subdet. & si in prima nascetur facie, cuius est domina Luna, præstanti lætabitur aspectu, simplex, quā intelligens, eneruatus, & mollis, honore tamèn insignitus, atque modestia, sollicitudinibus anxiabitur, & vulneribus in capite appetietur, improbus, mendax, ac proditor suorū propinquorum magis quā extraneorum, seque ipsum interimet. Si in secūda facie cuius dominus est Saturnus, itidē venusto gaudebit aspectu oculis humidis, & lacrimosis, ac aliqualitèr maculosis, non tamen præpedito visu. Si in tertia Iouis, iucundissimo præseferet aspectu, speciosis oculis, ab omnibus exceptus applausu, omnibusq; festiuus, quibusdam autē succumbet incidentibus

tibus veneficiorum causa. Si mulier erit, quãplurimi erunt ei necessarij, omnium suorum prævidebit mortem parentum, & inimicorũ; bono viro, si ex voluntate nupserit, conglutinabitur, & ni decimo octauo, vel nono anno nupserit, quadragesimũ præteriet, & hac ętate iuuenem ducet, eius facultatem dirimentẽ, magnis inflectetur tribulationibus, igne periclitabitur, à quadrupedibus officietur, varijs agitabitur infirmitatibus, quæ anno 66. suæ ætatis periculosæ erunt.

De Sole.

QVatuor in fronte obtinẽti lineas, at duas interſecantes, quemadmodum septima delegat figura, sol adest, & prospicit.

FIGVRA SEPTIMA.

EFficit natum is Planeta carnosum, facie pulchra, magnis oculis, colore mistionis croceæ atque citrinæ, statura mediocri, bonis moribus, vultum aliquando habebit rubrum, rotundũ frontem, caput caluum, cilia exilia, mediocrem nasum, oculorũ pupillas plus albas quam nigras; erit gratus, fortis, ac strenuus. Vnam tantum sol in Zodiaco domum possidet, quæ in signo est Leonis, & quando Sol, vel Leo ipsas generabunt lineas, natum

miluo promittent esse colore, & membra superiora, inferioribus crassiora habiturum, amplum pectus, speciosum aspectum, intellectum probum, studiosum valdè, bonumuè no-



men; soletq; calore solis ebullire luxuria, audacia, & inuidia, signum in vultu portabit, magnamq; in homines exercebit ditionem, atque dominium, exoptabitur ab omnibus, viuus, & mortuus veneratus, primi motus, ira accen-

accenſus, illicò tamen demulcetur, cũ ſit placidus, animoquè claro; eritſuſurro, labefiet exalto, ictibus, & terreſtibus, & igneis capite plectetur, multis frangetur affectionibus, & periculoſæ erunt annis 42. vel 43. 55. & 75. mox ſequuntur ſolis gradus, qui in ſua prima facie, cuius dominus eſt Saturnus, natum producit aſpectu decoro, vita longa, colore rubicundo, variatis capillis, oculis magnis, ac albugineis ad inſtar propèmodum caprearũ, proceriorem quàm imum, rectum, proportionatum, manibus pedibuſq; morbidis, magnorum virum negotiorum, atque famæ, ſimplicem potius quam ſapientẽ, & ab omnibus feretur in oculis. In ſecunda Iouis, ornat illũ decoro vultu, pectore, & ilibus amplis, membriſq; formatis, fortem, ingenuũ, & opinionis non modicæ. In tertia verò Martis, contrarium parturiet effectum, exiguo etenim illũ corpore compingit, rubro quàm alio colore, diuerſis ſtratum infirmitatibus, ſcripturarũ repertorem, nihil ei difficile, ſatis mulieribus impendet amoris. Quòd ſi mulier, formoſam verget, impauidam, robuſtam, fando verecundam, primi motus, iracundam, ac tetram, licèt facilem in condonando, cùm ſit miſericors, identidèm mentietur, inſidiæ, ac proditiones ei ſtruentur, & peſtiferis lædetur cantionibus, ſi in prima tamen facie fuerit orta, quæ Saturni; ſi in ſecunda Iouis, libidinoſa,

locu-

locuples, venerata, atque proba; & si in tertia Martis, extraneas calcabit oras, cupida nummis, multisquè proteretur morbis, & inter cæteros anno 9.17,26.34.52.63.& 71.siue 72. At Astronomi istius si vellet horas exquirere natalis, à quo, in horoscopo reperitur Planeta, id dignoscere quibunt, & si cum horoscopo Planeta differens extaret, (exempli gratia, si Leo esset horoscopus, & cũ ipso foret Iuppiter, aut Venus, tùm differens diceretur) Planeta præualeret non signũ; & quod de his, hoc de cæteris habeatur.

De Marte.

ALicuius cum fuerit frons septem exornatus lineis, rectis duabus in principio nasi descendentibus, altera bifurca in sinistræ partis cilio, recta altera in dextro supercilio, cæteris tribus in parte superiori, quarum vna in medio residet ad instar mediatæ Lunæ, & duæ rectæ, ac paruulæ, quædam in dextra, quædamuè in sinistra frontis, velut in octaua crebrescit figura, Mars patrocinatur illi.

FIGV.



FIGVRA OCTAVA.

QVi cum fuerit in horoſcopo, citrino natum, hoc eſt inter croceum, & rubrum, colore depingit, capillis criſpis lentiginoſum, fronte mœſto, acutis oculis, & fulgentibus, vultu non admodum pleno, ſed gratioſo aſpectu, longo ſubtilíquè naſo, naribuſq; ſatis apertis, ore paruo, tenuibus labijs, dentibus aduncis, & qui anteriores aperti, & lati, mento foſſu-

fossulã tenente, & si barbam emiserit, bicornis erit, modica barba, vt plurimum flaua, diuisa, paucis cum pilis, crispis, quandoque caluum, collo exili, pectore amplo, subtilibus arctisquè ilibus, nodo gutturis satis explanato, humeris proportionatis cum carne modica, vngulis angustis, & longis, iuncturis exilibus, ossibus prolixibus, sed non crassis, venis tàm grandibus, vt extrà emineant præ magnitudine, pilosis cruribus, pedibus acuminatis, calcaneis satis paruulis & gracilibus, & bona quidẽ statura. Is planeta duobus in Zodiaco vtitur signis, Ariete primo, Scorpione secundo, & quando cum Ariete erit, natum crispis indicat capillis, albo magis quam flauo colore, vultu depicto, paruulis auribus, voce magna, alto collo, mediocriuè statura, magno ingenio, audacem, vafrum, iracundum, excelsum, bona doctrina, mulierum causa fœlicissimum, non multorum patrem filiorum, propria deserturum vt alijs inseruiat, sanguineos minimè culturũ, à quibus magnis infestabitur incommodis, perloquutorem, iocundum, temperatum, pacificum, pudentẽ, & à quadrupedibus fore offendendum: eius corporis constitutio calida, & sicca est, quæ ipsũ vultu decorat hilari, sed citò perturbatur, bonæ nempè fortis erit, liberalis, acceptorum memor beneficiorum, ex furtis ignominia donabitur, quæ non perpetrauerit mala, repẽ-

dentur

dentur ei, honore, ac dignitate fulcietur, litigijs cum propinquis contendet, mulierum causa vexationibus solicitabitur, studiorum fiet virum, optima realiaq; consilia dabit, iustitiã summopere colet, & vtubi foret audietur, mentietur aliquando, rixas excitabit, ob quas ferro icietur, suum ei statũ inuidebunt, insidijsquè vallabitur, prima ætate opes eius mediocrę erunt, copiosæ autem in senectute, tantum vnam accipiet vxorem, cui post vicesimum secundum nubet annum; capite laborabit, ex quo illi præsideat Aries, in itineribus satis faustus, & eius facinora, prospera, ac laudabilia cuncta succedent: ægrotationes anno trigesimo vigebunt, & ad septuagesimũsextum, vel sepeimum attingere fermè potest. Primæ faciei Mars ipse residet, & pallido natũ vultu ad crocum tendente peruehet, corpore tenui, cum signo in pede sinistro, vel cubito, natura iracundum ac stomachosum, calamitatibus expletum, callidum, & pulchra, ac bona, ex doctrina peraget. Secundæ faciei adstat sol, natumquè magna reddit opinione; modestum, nobilem, desideratũ ab omnibus, conditione ęquamini, suspiciosũ, primi motus, appetentem, corde magno, maximisq; inflectetur implicationibus. Tertię faciei instat Venus, rubro educens colore natum, solitarium, non modicis curis, verùm tractabilem, & humanũ. Si mulier metipsa signa, lineaq;

ab Ariete ascendente prouenientia, gestiet rubro erit aliquantulum delineata colore, decliuis ad damna, impauida, decora, gratiosa, affatrix, & perquàm fœlix, priuabitur primo viro, meliorem conducet, plurimis æstuabit afflictionibus, anno vero 5.7.12. vel 13. notabiliores ebullient, & in capite præsertim vel genibus; aliqua in parte corporis vellicabitur igne, aquis in sua periclitabitur iuuentute, ac propriæ erit amica sententiæ: & cum ipsis lineis, & Ariete contrariam hominis habebit inclinationem, nàm hic si sterilis, illa fœcunda, ac decem vsque parturiet filios, & post annorum 12. infirmitatē, alijs lacessetur anno 21. vel 22.26.35.38.67. & 70. Secunda Martis domus differt à prima, & in signo est Scorpionis, frigidi, & humidi, fœminei, & nocturni; quandouè signum in horoscopo est, idipsas dat nato lineas, caluumq; caput, raros in pueritia capillos, frontem aliquatenus magnum, venustos oculos, crura, pedesquè formosos, corpus haud nimis elegans, valdè erit effeminatus, mendax, proditor, maledicus, pessimis institutis, assentator, atque dolosus in iuuentute miseria defatigatus, & instabilis, vni tantum adhærebit vxori, cito præoccupandę morte, hostes quamplurimos contrahet, litora perambulabit extranea, lusor erit, saxeis caput petetur ictibus, ferro prouocabitur, aliena appeter, anno 41. ad aliam

com-

commeabit fortunam, opibus affluet, sed innalidus, plurimisq; morborũ discindetur terminis 13. 17. 23. 42. & 70. anno. Et in ipsius Martis prima facie oriens natus, turpis, & informis constituetur signatus in capite, aut in parte colli, aut manibus, siuè bracchijs, vel in pede sinistro, pectore amplo, tardus in proferendo, sobrius, ac discretus. In secunda solis, erit natus capite magno, grandis affator laboriosus signumq; in dorso, vel genibus à tergo habebit. In tertia Veneris, exiguá statura, vacis, & horribilibus oculis, controuersijs refertus, libidinosus, & circumuentor. Mulier cum ipsis lineis, & horoscopo, amabilis & fausta apparebit, pluribus coutetur viris, multorum suorum morte, & calamitate inimicorũ saturabitur, opimas coaceruabit facultates, benemorata, & prudens, ac bono ingenio, multis tamen subita malis, luctibus, atque carcerationibus, crura lacerabuntur plagis, diuersisque profligetur affectionibus, & ad septuagesimum quibit ætatis pertingere annum.

De Ioue.

HOmini quatuor in fronte lineas habenti, vt hæc nona insinuat figura, Iuppiter Planeta residet.

FIGV-



FIGVRA NONA.

QVi in horoſcopo cum ſit auricomis pręficiet natum capillis, fronte oculiſquè magnis, naſo craſſo, ore grandiuſculo, rotunda barba, mammis plenis, dorſis grandibus, venis denſis, ac demum membra cuncta magnitudinem ſapient, ſpecioſo aſpectu, colore purpureo, candida, atque formata carne,

ne,ſtatura proportionata,& nonnunquam incedentem capite demiſſo. Hic Planeta, duo ſecum ſigna, Sagittarium ſcilicèt Piſcemquè tenet,& quando in aſcendente Sagittarium comitem habet, ſubtilibus, ac mollibusflauoq; colore capillis natū obſignat perſpicuis iocundiſq; oculis, exiguo potius quàm per longo vultu, barba prolixa, proceribus magniſq; cruribus, ſtaturauè mediocri; parum erit fortunatus, frequenter ſine culpa detrahetur; bono ingenio,& meliori doctrina;mēdax, magnuſq; fornicator, inanis, communiter dilectus, elatus, iracundus, virtute præditos proſequetur amore, à teneris annis com mittet ſe viæ, eiuſquè ſors in ſenectute præualebit magis quàm prius; cùm fuerit ad dignitates promouendus, repugnabitur,& exin dè iactabitur, at in fine victor exibit, à quadru pedibus vim patietur, in conſuetudinibus negotijſquè primus ſemper erit, aliquo cauſa mulierum damno ſcindetur, à quibus tamen ſummè excoletur, exaltationibus pluries attolletur, ſpurijs non carebit, in pueritia multis fremet ægrotationibus, hoc eſt, circa tres, vel quatuor annos 7. 18. 28. 56. & 77. Primæ faciei ſupereſt Mercurius, & cùm tali in loco erit, formoſum nato concedet aſpectum, corpus præſtans, mediocrem ſtaturam, perquam eſſe ſtudioſum, vrbanum probamq; vitam, ſed ſanguinis effuſione, vel aquis fore deceſſurū;

nec binas in vnica situatione imminere repugnantias; prèter rem existimetur; id etenim ob aliquos ramusculos (quorum postmodum mētio fiet) valet accidere, intersectiones causantes, ij verò singulis quibusq; sextis vel septimis annis forte immutant; quadere si septemnium angustias excitabit alterum exaltationes præparabit. Secundæ faciei Luna imperat; quæ vtque giluo natum colore capillis educit, vultu decoro, cilijs raris, statura mediocri, & cū notabili in pectore signo. Tertiæ faciei Saturnus prouidet, pulchrōq; natū temperatoq; visu prodit; pectore amplo, vita optima, optimisq; institutis, pedibus signo signatis, & sanguinis effusione, vel aquis obiturum. Si foret mulier, & meipsis corripietur signis, meticulosa procedet, pudibunda, actibus libidinosis immoderata, quorundam suorum inimicorum notoriūq; nece gaudebit, laborem libenter complectetur, paruūq; rependetur, alieno potietur ære, incommodis, tempestatibusq; solicitabitur, afficietur iniurijs, susurrationes de se accipiet, siluestrem sapiet, contentiosa, maledica, ex alto crebro præcipitabit, amburetùrque. Si in prima facie per uenerata, in secunda, valdè luxuriosa, statura procera, sed modesta. In tertia, deficiet in partu, plurimis in quarto, 20. & 40. anno afflictionum terminis fodicabitur, & 47. præsertim in quodam valdè periculoso. Secundum

signum Iouis, est Piscis, qui cum fuerit in horoscopo exiguo natum capite retaxat, oculis rotundis, vultu magno non inconcinno, exalbido colore, barba bene composita, secordẽ, aliquo cum signo, siuè macula in corpore, ac valdè leuè; in aquis cubare delectabitur, honestis cũ hominibus & modicis aget, pauidus, verecundus, paucorũ verborum, cupidus magnusuè mechator, amicus lusus, locuples fortunæ bonis, aliorum malefacta libenter deferet, misericors tamen erit atq; magnanimus; prima vxor summũ diem claudet, natiuitatis locũ minimè incolet, itinera multa suscipiet, exterasq; inquiret regiones, indigens, meliori in iuuentute quã senectute fortuna pollebit, satis procax, ac potens coitu, mœstus, & mendax, signum in pedibus geret, siue in pectore, satis veneratam ducet canitiem, gentesq; moderabitur, multis augetur affectionibus, & notabiles 15. 30. 31. 38. & 78. anni erunt, si in prima Saturni facie orietur, speciosum gestabit frontem, iucundos rutilantesq; oculos, barbam equè compositam, pectus amplum, corpus aliqualiter plenũ, quod eum gratum reddet, quamquam mollem, & effeminatum, & ipse candidus erit. In secunda facie Iouismet, nigra natum edocet barba, dẽsa capillis, aliquatenus statura breui, atque agilem. In tertia Martis, omnibus membris formosum instituit, voceq; clara, atque sono-

ra, in loquendo gratiosum, & festiuum. Quod si mulier, & cum signis ipsis, satis tractabilem enunciabit, haud nimia fortuna, sed piam, honestam, & laude dignam, ægrotationibus, & infortunijs flagrabit in oculis, familiam suam maximopere excolet, iniquè agent secum gentes, insultabunt, & circũuenient, quibit aduri in vultu potissimè, idque fieri posse cùm penes ignem dormiat, pluribus in matrimonium collocabitur viris plurimosq; possidebit natos, quadrupedum morsibus decerpi valebit, multis infirmitatum terminis dirumpetur, & primus erit 5. anno, postea 7.16.20.21.30.32. 48.& 64. & hoc quantum in sua Iuppiter promit infima domo.

De Saturno.

LIneas in fronte gestãti velutì sequens secunda proferit figura, Saturnũ consedere perspicuum est, qui cum vnum de suis signis Capricornum, nempè, vel Aquarium in horoscopum socium adhibeat, cum prænotatis natum fundit lineis.



FIGVRA DECIMA.

QVo verò ad ipſum Saturnū, capillis criſpis natum compingit, cilijs ſpiſſis, oculis ſatis ponderoſis, aſpectu valdè informi, furuo colore, naſo ſupra acuminato, ideſt inuoluto, minutis dentibus, mento grandi, barba nigra, conuenientibus vnguibus pectore anguſto, craſſis natibus, ſatis breui vir-

ga, exilibus venis,& depressis, cum signo in coxis, vel cruribus, aut in inguine, pilosum, mœstum, terram semper inspicientem, in incedendo grauem, satisq; cogitantem: At Capricornus si in horoscopo erit, magnis,& caprigenis illum impinget oculis, vultu mæstitiæ simili, ac tenui, barba acuta, & multis cũpilis, tibijs subtilibus, corpore arido, bono aspectu, signum habentem in fronte vel genibus, fortunatum, inanem, mendacem, ad facultates comparandas appositum, liberalem, & magnanimũ, ærumnosum tamèn, immeritoq; improbratum, in mercaturis infaustũ, infaustioremq; in quadrupedibus, ira libentèr excandescentem, maledicum, suorum vltionem accepturum hostium, magnum scortatorem, vxoris causa solicitudinibus exagitandum, damnisq; mulierum,& multarum infirmitatũ, quę quidèm climactericis vigebunt annis, hoc est 1. 14. 28. 35. 42. 49. 56. 63. 70. & 77. Primæ faciei, dominus est Iuppitèr, qui natum haud nimio albo facit colore, grandi pectore, natura moderata, in cubito signum portabit vel in pectore, in agendo veterator erit, atque solers. In secunda Martis, pulchro exiet aspectu, naso producto, expletus doctrina, cum signo in bracchio sinistro, primi motus, tamen placabilis. Tertię faciei, sol, qui dominus est, formatissimo illum corpore proponit, citrino, eius erit caro, colore, accensum ira, àttamen

tamen

tamen flexibilem mitem ac mulierum magnũ sectatorẽ, & signum in bracchijs vel genibus gestantem. Si mulier foret, iracũda deueniet, flagitiosa, adultera, plurimis volutabitur calamitatibus, & incommodis, inhonorata atq; maledica, à bestijs oblædetur, plures accipiet viros, cuius seruire malè erit acceptũ; quibit ex alto delabi, & si 18. vel 19. annorum spatio minimè fuerit coniuncta matrimonio, valdè graui præoccupabitur morbo, ac inter, quæ perferet pericula aduretur, aut in aliqua vitæ parte decidetur, à propinquis molestijs afficietur, plurimisq; dilaniabitur ęgrotationibus, & potissimè anno 1. 14. 23. 41. grauiorīq;

79. Secunda Saturni domus Aquarius est, qui in ascendente cum fiet, bilosum prouocat natum, cogitatione perfusum, proceriorem altera tibiam contenturum, cunctis diligendũ, facilẽ in credendo, & præcipuè in male agendo, suorum causa amicorum, damnis, dedecore, ac iniurijs erumpendum, ira cito successurum, citoq; deliniendum, pium, ferri ictibus oppetiendum, in aquis infortunia passurum, prima coniuge expoliandum, ac 30. transactis annis sortem commutaturum, & ex paupere, diuitem euasurum, eiusque diuitiæ ex coniugatarũ causa mulierum prouenient, veneris, carceribus, fascinationibusq; forte subiectũ ũ, varias perambulaturum regiones, vbi magis quam in patria sorte lætabitur, propriæ ami-

cum sententiæ, illaq; solummodò oblectabitur; signatum in vultu, vel gutture, vel cruribus, plura morborum genera degustaturum, duosq; inter alios periculosiores, alterum scilicet 36. anno 58. alterum suæ ætatis: Huius signi primę faciei Venus est domina, & vultu, & corpore eleganti natum promit, affabilem, placidum, ac tractabilem, & signum in pectore, siue sinistro pede laturum. Secundæ faciei Mercurius est dominus, rubroq; natum visu ditat, corpore satis procero, signatum in cubito, deuotum, castum, & afflictionū, miseriarumq; diuersitatem experturum; & si in tertia erit facie, cuius Luna domina est, haud multum grandi illū statura procendit, rubeo colore, sub cubito quoque signatum, magnum mulierum amatorem, atque generosum; Cùm verò in suis postremis est gradibus, pusillianimi illum aperit, deformem, fœdum, ac in suis functionibus parum veneratum: si mulier foret, amabilem, pudicam, castam, iudustriam, & quodcumque operabitur, ad bonū finem tendet, liberalem, animo nobili, hilarem, ac festiuam, in gignendo fœcundam, & à proprijs filijs libentèr crimini dandam, immeritoq; culpandam, virium pluriū, nec se superari sinet, alienigenarum consilijs potius quam agnatorum obtemperaturam, non facilè indulturam, acceptarum memorem molestiarum, plura ediscere curaturam, in aquis passuram,

multa

multa in mercaturis lucra cumulaturam, illaq; citò dilapidaturam, iniquam interdum, & peruersam, sed omnibus affabilem, quadrupedum morbibus sauciandam, plurimis periculosarum affectionum generibus anteaquã ad 30. perueniat annos concidendam, posthac in meliorẽ fortunam commutaturã, adurendam, & ex alto casuram, aliquæuè aliæ eius egritudines periculosæ erunt annis 34. 37. & 42. hosceq; prætereundo ad 82. & menses fauente Deo, peruenturam.

Aphorismi Metroposcopiæ.

1 Lineæ breues, fractæ, exiles, tortuosæ, interiectæ, inæquales, & non profundæ, malum significant.

2 Lineæ rectæ, intersectæq;, vitæ varietatẽ, ac discrimina ostendunt.

3 Rectæ lineæ, fortitudinem, & simplicitatẽ; obliquæ debilitatem, rapacitatẽ, & dolos indicant.

4 Leuitèr inflexæ, diuitijs comparandis sunt accomodatæ; valde inflexæ, acerbitatem præsagunt.

5 Ramis obsitæ, negotia, & curas, atque incostantiam decernunt.

6 Cadentes lineæ, semper malæ, ascendentes non semper bonæ.

6 Longitudo linearum diuturnitatẽ effectus, lati-

latitudo magnitudinē, profunditas, firmitatem, nunciat.

8 Color linearum candidus futura, squallens præterita, rubeus imminentia, præmonstrat.

9 Lineæ delitescentes, & pallidæ præter solitum, mortem imminentem, & stultitiam astruunt


10 Nullæ omninò lineæ in fronte, infœlicitatem, & repentinos casus, autumant.

11 multitudo linearū, negotia, & ingenij subtilitatem, necnon impedimenta, paucitas verò magnanimitatem, otium, aut res graues, protendunt.

12 Lineæ omnes non naturales à dextra ad sinistram sedentes, mutationem vitæ, spondēt in malum, at contra, à sinistra in dexteram, nàm in bonum mutationē promunt.

13 Figuræ, quæ sunt in fronte, aliæ apparent in forma stellarū, aliæ in forma crucis, aliæ in forma numeri septem, aliæ in forma mediæ lunæ, aliæ literæ S. aliæ Q. aliæ in forma trini, aliæ quadrati, aliæ octanguli, aliæ vndæ maris, aliæ circuli; & aliæ semicirculi, vt hic est videre.

quæ



quæ quidē alijs omnibus sunt fortiores.

14 Signa, quæ formis rerum naturalium assimilantur, effectum aliquem illis similē ostentant, quemadmodum & ea, quæ formis rerum artificialiū, nàm scalæ ascensum, catenæ vincula minantur.

15 Signa non naturalia, vt sunt stellæ, & cruces, sed non multū euidentia, vel bona, vel mala pollicentur. Dextra maribus, iracundiæ, & audaciæ, sinistra fœminis, consilij dolosi, indicia sunt, at media sūt communia.

16 Frons lineis vacua, in muliere, impotentiam ad multa, & vt plurimum impudicam, & sine verecundia proponit.

17 Lineæ perbreues in mulieribus, & intersectæ cum vestigijs ad sinistram, malam fortunam, malum coniugem, & breuem vitam, at contra lineæ longæ, non diuisę, cum vestigijs ad dextram, his contraria promittunt, nempè bonam fortunam, & fœlicitatem im m[illegible]monio.

18 Signa recta in mulier[illegible] rectum animum, parùm inflexa occultam meretricem, & multum

multum inflexa, publicam spondet.

19 Vestigia lentiginum passim per totam faciem, fœcundam, & periculũ in partu designant.

20 Signa fœda super dextrum oculum, casum à dignitatibus, odia principũ & pericula ex igne, super sinistrum verò, infamiam publicam, pericula in aquis, oculorum iacturam annuunt.

NE quemquã prætereat curiosum noster hic Metoposcopiæ discursus 1300. cõplectitur capita, quæ quidem 30. annorum experientia, quemadmodũ ab huius exordio Tractatus asseruimus, sedulò pensitauimus, & studiosorum commoditati, & eos ne confusione fugaremus, in tresdecim secernimus libros, centum in vnoquoque delineantes. In hoc autem primo, qualitatem, & quantitatẽ linearum, & à quo dirigantur Planeta, & illos quoque consequenter, eas in suo fronte habentes, enodamus: Itaque diligens Lector alicuius hominis, vel mulieris frontem inspiciẽdo; perfacilè quibit, cui subijciat noscere Planetæ, quod profectò, quoad secundum librum proferemus in lucẽ, animi solatio erit ei; qui nimirum communes Planetarum annos perfectè pertractabit, in quos legentes reflectendo, hoc est in lineas frontis quem ipsi animaduertunt, certum confestim valebunt promere signi-

significatum, ac omni postmodum modica locali memoria, magnæ eorum voluptatis discursus emittent.



De linea lunari.

FIGVRA VNDECIMA.

Recta, profunda, ac benè in sua situatione apparens, debet Lunę linea constare, quod

quod cum ità sita ab aduenis magis, quam propinquis amatum fore atq; veneratū spondet natum, fortunatum, ac magna extra patriam lucra facturum, quæ sanè Lunæ linea recta, vt hæc erudit 11. figura, vitam longam, bonamq; mortem nato indicit, itinera non breuia suscepturo, cunctis in facinoribus victorioso, in peragendis negotijs, ac etiam cū mulieribus, & dominis temporalibus, & ecclesiasticis fortunato; & quamquàm ex ortu suo inopi, diuitem, opulentumq; euasuro, stabiliauè adepturo, in agriculatione satis fœlici, & in quo vtitur aqua, magnam pecuniæ quantitatem administraturo, ac tandem varijs officioso negotijs, & hoc circa lunarem, quando in suo loco, recta resedit.



De Mercurij linea.

FIGVRA DVODECIMA.

Recta,& interſectionis expers cum fuerit Mercurij linea, ſicuti hæc 12. eximit figura,ſtudijs addictum,ingenioſum, bona memoria in omni ſcientia verſatum,fortunatum in coniugjs, ac longa vita natum decernit; ad inuen-

inuentiones se maximopere exercet; alio verò religiosus foret meliori potietur fortuna, in sęculo hęreditate fruetur, in Religione status augumento, in sęculo magnas habebit negotiationes, in Religione plurimas cum honoribus, & oneribus calcabit prouincias, ac demum in vtroq; statu, & præcipuè in itineribus fœlicissimus erit, & ob aras virtutes ab omnibus exoptatus semperquè veneratus, & fortunæ bona comparabit.



De Veneris linea.

FIGVRA XIII.

HÆc Veneris linea, recta, continua, & absque intercisione exurgens, velut 13. præcinit figura, vitam longam, sanam corporis constitutionẽ, bonum ingenium, fœliciaue nato tribuit connubia, magnas quoque hæ-

reditates atque lucra, ex quo fortuna amica gaudeat, pollicetur; ex negotijs, boniſq; amicis lucrifaciet, diſcrimina grandia peſſundabit; inimicorum ſuorum proſpiciet interitũ; facinora cuncta ſuperabit; ad procacitatem decliuis; fortiſſimus in coitu, & in vitę victione ſummum diem optimè claudet; eſt & Religioſis hæc linea recta, perquàm ſingularis, quòd ad ſublimes eos dignitates extollet.

De linea ſolari.

SOlis linea recta, & longa in ſuo termino, ac vlla interceptione præpedita, vti 14. profert figura, doctum, fortunatum, vita longeua, & laudabilitèr potiſſimè ab illa receſſurum, annuit natum, ingenio præſtanti, florentem virtute, ſęcunda cum Principibus fortuna donatum, oneribus, ac dignitatibus nonnunquam decorandum; in patria, & extra fœlicē, tres in ſœculo coniuges conducturũ, magnorum negotiorum, pecuniarumq; virum; ædificia, aruaq; poſſeſſurum, & in illis, & omni alio exercitio forefortunatum. Et hæc linea, in ſua cùm bene fuerit ſituatione diſpoſita, & natus eccleſiaſticus foret, dominium obtinebit, & quamuis aliam ſociam habebit rectam lineam, 63. annorum ætatem pertranſibit.

FIGV-

FIGVRA XIV.



De Martiali linea.

CVm recta in suo loco, omni prorsus intercisione præcisa, Martis linea insiderit, quemadmodum 15. obsignat figura, satis pacificum, longa vita, ac bona valetudine, natum denunciat, cui fortunam, dignitatemquè

bellum tribuet; in omnium, extra patriam, beneuolentiam perueniet, & à Dominis hęredirate dotabitur, prospera cum seruis sorte lætabitur, loquax, & satis apud homines erit



FIGVRA XV.

admissus, ex connubijs fœlix, & licèt ex natiuitate pauper, locuples fiet, lucrabitur quoties ludet, in cõsuetudinibus semper primus; & hæc potissimũ linea quando se rectam præfert, abdita nato reperienda concedit.

De



De linea Iouis.

FIGVRA XVI.

QVando Iouis linea recta est,& gemina tempora . continuata complectitur, & intersectione careat, veluti 16. struit figura, satis prosperitatis, & in sæculo,& in Religione nato impertitur,quem profectò ele

ganti pręſignat corpore, ſatis ſe bellē habentem, hilarem, feſtiuū, omnibus membris probè formatum, exuberantem diuitijs, omnibus in geſtis ſemper venerandum, in ſæculo aſſiduè coniugatum, quamplurimos procreaturum filios, hæreditati relinquendum, maieſtate magna imperaturum, cui tamen obediēt omnes, & venerabuntur, atque in ſumma ętate laudabilitèr, ac glorioſè eſtremum ſpiritū fore effuſurum.

De Saturni linea.

POſtrema linea propè capillos ſaturnina eſt, quæ cùm recta, & interceptione ſoluta fuerit, vt 17. gerit figura, diuturna natum præordinat vita, paucis irretitum affectionibus, quamplurimis ſe tradet itineribus, fiet opum compos, binis copulabitur vxoribus, è quibus extrahet liberos, & quò rectior linea foret, eò fœcundiùs illis lætabitur, quibus tamen orbabitur omnibus, plurimùm calliditatis, præclariſq; fulgebit conſilijs; at ſi in Religione affederit, decus cū poteſtate, magniſq; honoribus in ſenectute reportabit.

FIGV-

FIGVRA XVII.



POst ſeptem rectas frontis lineas principales ſupra notatas, totidem ſequuntur fractæ, & interceptæ. Et quoniam non ſemper rectæ reperiũtur, nec minus, nè ſint interſectę, eſt neceſſè, ob huius propterea profeſſorum ſciẽtiæ maiorem facilitatem, in alijs ſeptem capitibus ſuis in locis eas delineauimus fra-

ctas,& indirectas: Nec censeatur impossibile lineas omnes perspici rectas, etenim tēpore nostro plusquam 20. aduertimus,& qui omnes intercisas illa, habuerunt, eorum millia cre-




F I G V R A XVIII.

nimus,ac cernuntur indies;sed ommittentes, super hoc, fandi prolixitatem, ipsas dicimus prosequi figuras cum lineis cōcisis & indire-

ctis,

ctis,cumuè suis significatis & inclinationibus. Et primò, quando lunaris in sua foret situatione confracta, obliqua, & in partes scissa aliquibus cum intercisionibus,vt 18. corripit figura, breui natum denotat fore vita, violēti fœdaq; nece moriturum,plurimis grauibus in sua prima ætatæ,idest ante 18.annum, concerpendum ægrotationibus, qua super linea, si aliæ insiderint rectæ,natum prius 27. annis periclitaturum protendūt; hæc linea aliquod inclinat deformari membrum, oculis & genitalibus damnum infert, in aquis pericula,& à quadrupedibus malo affici, ac demum cùm secta fuerit, semper infortunia, iacturas, carcerationesq; vehit.

De



De Mercuriali.

FIGVRA XIX.

Secta in fronte, & incontigua Mercurij linea, vti 19. insimulat figura, furem, flagitiosum, ignominiarum repertorem, dolosum, deceptorem, scripturarum, numorum, sigillorumq; adulteratoré, ac in male agendo peringeniosum natū depromit; linea hæc adeo de- scripta,

ſcripta, aliarum eſt omnium peſſima; nam cæteros veneno inflicturum denũciat natum, incendia atque damna paraturum, proditorẽ, peſſimæ conditionis, bilinguem in proferendo, periurum, longas pluries, ob ſua ſcelera deguſtaturum carcerationes, torturæ tormẽta ſubiturum, ac vltimo loco ex iuſtitia necandum.

De linea Veneris.

VEneris linea in ſua frontis ſituatione incisè diuiſa, & non contigua ſicuti 20. reprehendit figura, magno probro, diuinique præcepti contemptu natum luxurioſum inceſſit, vitijs, quandoquidèm ſic inflictus, ſe proprijs commiſcet affinibus, moribuſq; peſſimis erit, malum propterea finem, malamq; mortem perpetietur, aliorũ defectus libentèr nũdabit, cæteros, vt eorum abripiat bona, interimet, in nubendo infortunatus, carceres cum amicis ſuſtinebit, & diuturnis grauibuſq; agitabitur affl ctionibus, breuiq; vita perfungetur.

FIGV-

FIGVRA XX.



De linea Solis.

CVm Solis linea intersecta, obliqua, & incõtigua fuerit mediis vel collateralibus intercisionibus, veluti 21. arguit figura, grandes, & magnates contra natum prouocat dominos, qui in cunctis & præcipuè re familiari infor-

infortunatus erit, propriæ consumptor facultatis ac aleator, in coniugijs infœlicissimus, prægrandes cum propinquis cōtrahet inimicitias, diuersis & periculosis angetur affectio



FIGVRA XXI.

nibus, plurimis, & ex debitis præcisè, arctabitur carcerationibus; violenter, atque ex venenis iugulari valebit, ex terrarum locationibus sponsiones exoluet, in carcere obire inclinat

clinat

clinat, haud diu viuet, cum tamen alias duas saltem lineas rectas in fronte non habuerit; linea hæc Solis, & quoque lunaris, sunt priuatim obseruandæ, quoniam cum in partes concisæ, & interceptæ sint, ceu eorum redarguũt, imagines, ad damna natus, infortuniaq; ferenda semper paratus erit.

De linea Martis.

SI Martialis linea confracta, & intercepta fuerit, velut 22. incusat figura, ad homicidia patranda, & vulnera inferenda, ac recipienda quoque in capite, vel in corpore natū flectit. immanem, pertinacem, quamplurimis ambitū carcerationibus, ac torturationibus, exulē; varijs discriminosis ac diuturnis ęgritudinibus addictū, in bellis, & ludis forte nudatum, ex altis, & præcipitosis locis corruet, & in aquis erit infęlix. Hæc, inter lineas omnes, intercepta martialis, peior est alijs, quòd præter varias fortunæ iniquitates, enormes morbos præferat, & malam postremò necem, sanguinis ratione potissimùm.

FIGVRA XXII.



De linea Iouis.

IOuis linea in plura frustra diuisa,& secta, quemadmodum 23. reprimit figura inimicitias, ac insectationes ab ecclesiasticis, magistratibus,& magnatis excitat nato; qui nimirum

mirum rem ſanè familiarem, qua & exuetur, extinguet; erit enim luſor, ruptus, immoderatus, mendax, maledicus, execrator, mala conſcientia, libidinoſus, ac ſordidus; ex diuite,



F I G V R A XXIII.

pauper & mēdicus eueniet; magna vxor eius, cum infamia, & iniuria afficiet, errabundus, atque deſperatus orbem adibit, vitæ ſuæ dies pauci erunt, morſq; violens ac fœda.

F De



De Saturnina linea.

FIGVRA XXIV.

VBi fracta, & intercisa saturnina linea foret, ceu 24. euomit figura lites tradit nato, carceres, ærumnas, longas incommodasq; ægrimonias, ob quas læsus linquetur; homi-

homicida erit atque proditor; sentiet malum in cruribus,& ex suis quispiam fratribus violenter necari propendebit; & quamquam linea hæc, confracta sit, & intercisa, ac incontigua hæreditatem tamen enunciat habere; luem, morbum gallicum, aliasuè incurabiles affectiones minitat; opes solertèr nancisce-tur; ad 20. vsque annum immoderatam natus aget vitam, à 20. ad 42. peiorem, ex quo inuisus, & omni mala erit conditione refertus; à 42. postmodùm anno supra, naturam, sortemq; permutabit in melius, verũtamen nequibit effugere violenter emori.

Obseruationes circa fractas, & intercisas lineas.

QVamquam ruptam quis, & interceptam habeat lineam, non est proptærca violẽtò subiacere letho dicendus, dummodò binas alias integras rectasq; teneat; exempli gratia, ille quidam cùm interceptam & præpeditam Mercurij lineam possideat, ad solicitudines angustiasq; subeundas, ac morti proximũ, se sciat incursurum, tamen existentibus duabus lineis intactis per eas ab incidentibus illis fore tutum dici potest; siquidèm potentiores sunt duæ integræ quàm ipsa fracta; ex aduerso, maiorẽ habent vim, cum binæ fuerint confractæ quam sola intacta; at si integra satis recta,& profunda erit, ac fortunati Plane-

tæ, vt est Iouis, Veneris, vel saltē Solis, quibit ab illis malignis, quibus subdet inflexibus eripere natū, hocue accidit illis ex iustitia morte damnatis, qui dein ex gratia, vel intercessione eruuntur; At vbi recta linea Planetæ infortunati erit, haud ea vi & virtute potietur, vti fortunatus, & omne, vt docilitate capiatur, sequentes figuras cum lineis in suis locis signatas, spectet curiosus; & ad linearum stra uagantium antequam deueniatur particulare, quę in hac prima parte inspicientur, opere pretium est, vt tria principalia, situationē, scilicèt, lineam, & mensuram, in mentem iterato reuocemus, situatio, vt cuius ille sit locus Planetæ, innotescat, an fortunati necnè; linea an recta, frequēs, vel intercisa, & si cum paruulo aliquo ramusculo, seù paruula intercisione, earum namque omnis minutia suum habet significatum, & quamuis accidentia paruula sint, optimè tamen est ea non ignorare, saltem illius, vt verificetur figura, secundarum harum influentias causarum sciscitantis; ac demum, mensura, vt in situationibus non aberretur, nam quemadmodum in tertio præmonstratum est capitulo, certiorari quoque prodest, an sit diurnus natus, vel nocturnus, nam hæc si non obtinetur notitia, ad verum significatorum cognitionem deuniri minimè quitur, verumtamen Lectorem iam esse doctum, credentes, non vltra progredimur.

De

De septem principalium symmetria linearum. Cap. 11.

PRima linea, quæ lunaris est, recta cum fuerit, & insignita colore, prosperitatem, augumentum, ac in negotijs dispositionem potest nato prçstare, & si cum ipsa, mercurialis, & saturnina responsum habuerint, faustissimum, ex paupere diuitem, vassallorum, ac feudorũ dominum, primumq; in sui prosapie fore, haberi poterit; cum verò hæ ipsæ lineæ, decolores, tortuosæ ac intercisæ extiterint, contrarium parient effectum, nam dissipatorem, ac dissolutum natum renunciabunt, ex diuite inopem, cunctis in negotijs infelicem, penè dementem, & fugiendo, vel in carceribus moriturum.

De Mercuriali.

MErcurij linea recta, & absque interceptione, pereloquentem & scientia exuberantem natum producet, quacum si venerea fuerit çqualis, à magnatis adamari faciet, magnum negotiatorem, & in fœmineo concubitu potentem; at si curuæ, obliquæ, & interceptæ, modicæ doctrinæ, ingenio minori, inertem, infortunatum, vtriusque sexus salacem, acerbitatibus, hostibusq; circundatum illum emittent.

Digitized by Google

De Veneris linea.

VEneris linea recta,bene situata,freqũes, iocundo colore, profunda, & vacua intercisione,siue curuatione cum fuerit, eique consimilis Iouialis socie tur,& æqualis,earum natus possessor à nobilibus peramabitur mulieribus, & multum capiet ab eis vtilitatis & honoris, modestia elucet, honore dignus, & fœlix, sin autem interceptæ fuerint ac decolores,natũ refragabuntur,& insequentur mulieres, & huius gratia rei tempestatibus nonnunquam redundabit, plagis afficietur, submergi periclitabitur,violenterq; necari,illum hostes adoriẽtur, maledicus erit, impudicus, & importunus, ac ob eius vtique mala instituta hominibus,& mulieribus exosus atque euitatus foret.

De linea Solis.

SOlaris linea recta,freqũes, & pulchro colore, ipsiq; æquali respondebit formalitate venerea,honorem,dignitatem,diuitias,nobile connubium & fructuosum,nato conferet, & si mercurialis adfuerit, officia & grandia dominia, si lunaris, legationes, ac visitationes, per quas prægrandi fulcietur honore, si martialis, exercituum ductor existet, & per-

quam

quam fauſtus in prælijs, ſi Iouialis, eccleſiaſtica præfulgebit facultate, ſi Saturnina, ſtatus, vaſſallorumq; augumento. Porrò ſi indirecta, decolor,& intercepta ipſa extiterit ſolaris,calamitoſum apud dominos,& dominiũ exercentes, natum inſtituit, ſi Venerea arridebit violata, malum natus peraget matrimonium, & ſuæ cauſa coniugis, malorumuè, anguſtijſq; euincietur, ſi mercurialis ex iuſtitia mulctabitur, ſi lunaris, ſuffocationes, deprædationes,bonorumq; iacturas experietur, ſi martialis, caſus, vulnera, arctamq; vitam, ſi Iouialis,impeditionem,malamq; in honore notam, ſi Saturnina amiſſiones, incommoda, carcerationes, & à dominorum indignatione ſemper quaſſus.

De Martiali linea.

QVando rectam,aſperſam colore, & ſine impedimẽto, ſe præbebit linea Martialis,& reſponſum cum ea,Venerea dabit,vel Iouialis, vel Solaris, dignitatem nato, dominium, & imperium afferre valebit,& quo rubidior, eo fortior erit, nam rubidũ in Martiali colorem, decus,& munera tùm in ſæculo, tumuè in Religione rependere perpendimus; hæc autem linea armorum gratia ex ſe nomen tribuit immortale,cùm Ioue,ecclaſiaſticam dignitatem,cum Venere ex coniugijs,

ac dominorum amicitijs, cum Sole, ex Principibus, munere fungentibus, strenuisq; hominibus, præterea cum Lunari, bona feliciaq; itinera, & sortem in, & extra patriam, ac mortem in fine laudabilem; At vbi indirecta, obliqua, & intersecta foret, & Iouialis consimilis, calamitosũ cum Religiosis præcipuè, & Prelatis, cum lunari, pronum ad vitium nefandũ, mechatorem, ac mulierum causa homicidam excitat natũ, infortunia, damna, luctusq; perpessurum, cum solari secta, & obliqua, inimicitias cum dominis, & cõtentiones nato largitur, quem persequentur, cum lunari interrupta, & malè situata; naufragia, mortemq; violentam minitatur, quæ quidẽ lineæ si obliquæ fuerint, in bello mori, si intercisæ, ac tortuosæ aquis necari protendunt.

De Iouis linea.

SI recta, non intercepta, beneq; rubicunda intus Iouis nituerit linea, quamplurima nato fortunæ bona spondet, & in sæculo dignitates, & in Religione; insuper si solaris cõiuncta adfuerit, vel Mercurialis, rectæ tamen, non intercisæ, nec tortuosæ, opibus, gratia, diuturnaq; vita natum locupletat; sed si Iouiali, Mercurialis interfuerit, & ambæ intersectæ, indirectæ, nec frequentes, ipsius amissionem patrimonij, bonorumq; stabilium obten-

tendent, iniquè culpabitur natus,& malorum iniquitate valdè vexatus, ac plurimum in mercaturis exors, suamque totam dissipabit substantiam.

De Saturni linea.

POstrema, quæ in fronte propè capillos linea terminat, vtpotè pluries dictum est, Saturno adscitur,& cùm recta, continua, purgata intercisione,ac benè radiãs colore, fuerit in agrorum cultura, fortunatum natum pacifscitur,religionis cultorē, doctrina, & ingenio ornatum,cunctis in suis gestis virilem, & cum senibus potius, quam cum iuuenibus tractaturũ;& si Saturninę huic,Iouialis adhęrebit æqualis, magnam nato pollicetur prælationem,ac plenitudinem fortunæ bonorum; si Martialis, magnum sancit consiliarium; si solaris,vtcunque infimæ conditionis,& inanis fortunæ fuerit, diuitijs affluet, ac animi nobilitate scintillabit; si Venerea,bonum ei cōcedet matrimonium,si Mercurialis,florentissimas mercaturas; & si Lunaris itinera valdè felicia, eiusque negotia laudibus efferentur, eaque populi,& Domini acclamabunt,ac bonum finem diuturna peraget vita. Verùm,cũ rupta,obliqua,& infrequens sit hæc linea,cōtrarium instruit, refragationes tribuens ei, & in agricolatione infortunia,officietur plagis,

ex altis corruet locis, vel aliquid super caput decidet; & si incontinua, & intersecta reſiderit, & Ioualis fracta, & tortuoſa adeſſet, infelix in fortunæ bonis reputabitur, & in ſæculo, & religione malum perficiet, indeuotus proſcribetur, temerarius, delirabitq; à fide; ſi Martialis, magnis, ex carceribus, & iuſtitia, affligetur calamitatibus; ſi ſolaris, litigijs cum propinquis; aſpernatus ab omnibus, ex patria fugam metu, capiet, & apud dominos, & affines infauſtus, ſi Venerea, exors in coniugijs, libidinoſus, graue cauſa mulierum experietur incommodũ, inceſtuoſus, ſæuiſſimus, & cum coniuge potiſſimè; ſi Saturnina hæc, male cum Mercuriali ſituata, intercepta, ac indirecta conſiderit, fraudibus, perpetuis carceribus, publico dedecore, & magno ex iuſtitia damno euincietur; ſi cum lunari, deprædationes, furtiuia, & parum in itineribus offert felicitatis, atque violentum ei lethum imminebit; cumque ipſæ ſint, Lunaris ſcilicet, & Saturnina, lineæ interciſæ, & obliquæ, breuem ſemper elargiuntur vitam, ac in longinquis externiſq; mori oris. Et hoc circa principales ſeptem Planetarum lineas; quadere, ſtrauagantes, ſunt, vt ſuperius dictum eſt, circumſpectandæ lineæ; nàm non eas quis rectè perpendens, verum nequit inquirere ſignificatum, nec ſuum definire iudicium, & idcircò illas in iſtis decreuimus formare effigijs, in quibus

quibus ipsorum significatorum plenaria poterit obtineri cognitio, admonentes, hæc in fronte emergentia signa aspectus, & influxus esse Planetarum, ab inferioribus vti causis subministratos, causam enim primam iam sumus fassi in manibus esse Dei, & causas has sublunares, haud cogere, sed solum influere posse, & de hoc, in homines tanquam rationales stellarum influentijs obstantes, cunctisq; superantes, facimus periculum.

De signis in fronte hominis, vel mulieris apparentibus.

SOlent, vt plurimum, in hominum, ac mulierum fronte, satis strauagantia emergere signa, quæ quidem nequeunt dedicari Planetis, etenim si à capillorum principio super vsque cilia linea declinaret, esset sanè improbitas, vni tantum eam statuere velle Planetæ, hocuè si foret, cui nam tribuenda censeretur, distinctio requireretur, ex quo à Saturno ex vna parte, & à Luna quo terminat, ex altera, originem trahit, nam à quo descendit, & vndè ascendit, exordium vterque dicitur, & vtique ni totam prius metoposcopus, plurima cum sedulitate frontē aduertat, nequit cuiusnam illa sit, inopinate dijudicare, & ab obseruatione, an à Saturnina, vel Lunari inceptet, haurire, idque non multa difficultate, ob va-

rios,

rios, hos inter duos Planetas vigentes effe-ctus, definiri valebit, quam profectò ad communem vtilitatem, originem & significatum, nè dum quod hæc affert linea, verùm, & aliæ strauagantes insinuandum, hoc in scripto disponimus, quoniã harum qui non æquipolleret intelligẽtia, naturæ sigilla in hominum fronte inutilia esse astrueret, dùm magis dubia, & incertiora, quę à tali solummodo professione (licet non ab omnibus) percipiuntur, abdicitur enodare, quare, quas similes nos experientia indagauimus strauagantias, difficiles videntur intellectu; & vt adordiamur, inquimus, in octauo nos capite annuisse, sic hominem lineas secum in fronte deferre, secundum Planetam, vel horoscopũ sub quo agnascitur, quemadmodum in superioribus figuris, suis cum lineis, & necessarijs circumstantijs fuit delatum; ideò quis cum conspicitur, an Lunæ, vel alteri Planetæ subdatur, est cauendum, & hoc agnito, in qua sint situatione strauagantia signa, animaduertatur, & ita lucraberis intentum; & quamuis hæc sint deformia & horribilia signa, haud proptcrea sunt angustiosa, & infausta prorsus existimanda: solent enim aliquando beneuola esse, atque felicia; quamobrẽ iteramus, esse adeò necesse significationem scire, ipsam vtpotè lineam; At quoniam prouido Lectori theoricam sat esse credimus, non in plura, quàm duodecim tantummodo

modo capita hac in prima parte cum eorum assignatione figurarum, & significatorũ propagabimur, & si omnibus non fuerit ratio allata figuris, haud defectui ascribatur, sed mẽte peruoluat Lector, ab initio fuisse delegatũ illam sciendi modum, quia cum Planetis illæ subiaceant, & siderum influentia causentur, ita in cuiuscunque fronte mortalis annotentur; Primam ergo hanc perlegant partẽ, quoniam in secunda dehinc, & in alijs postea naturalis reliquum legent metoposcopiæ, cum neuorum significatu, in quibus nostræ scientiæ huius, commodum, & solamen adinuenientur.

FIGV-



FIGVRA XXV.

CVm homo sex in fronte perpendiculares patietur lineas rectas, ac intercisionibus purgatas, duas videlicet in dextro cilio, in sinistro duas, totidemq; in medio nasi principij, ceu 25. dirigit figura, plagam in capite, & pectore accepturũ indicat; hæcuè tria loca, Lunæ, Mercurio, Veneriq; annectuntur, & genitalibus, renibusq; morbum quoque indu-

inducere ſolent. Et mulier cum fuerit, & eiſdē affecta lineis, idipſum, ac inſuper peſtilentes probabit affectiones, inque partu peribit.



F I G V R A XXVI.

CVm duas in fronte ſupportabit homo lineas, alterā ad crucis inſtar in naſi principio, & in medio Mercurij ſituationis alteram, vt 26. innoteſcit figura, perinfauſta forte



FIGVRA LXXVI.

GEminæ bifurcæ lineæ exutreq; cilio super nasi principium decidentes, obliqua tertia, item declinans in illud, quarta, & quinta ad crucis instar in medio ex sinistri parte cilij interceptantes, tresq; superius, vt in figura 76. plurimis natum exagitant acerbitatibus, & captiuum ad infideles impellunt; verùm diuturnitate post hac, ac tranquillitate vitæ suæ dies ipse finiet; mulier verò interuiet, & modi-

cam recipiet mercedem, longinquitatem præterea, captiuitatem, ac mortem in externis aliquando perpetietur. Quinq; priores lineæ, quòd Lunæ sunt situationis, & Mercurij, anno 34. aduersitatibus vale dicent; ceteræ tres captiuitatem causantes, Veneris, Solis, Iouisquè sunt.



FIGVRA LXXVII.

OBliqua linea super nasi principio, & duæ in eodem loco perpendiculares inferius

rius descendentes; geminę super vtroq; cilio, tresquè rectę, & frequentes, vt in figura 77. varias natum regiones pessundantem enunciant, volubilem in sententia; initineribus infœlicem, verumtamen fortuna resipiscet in fine, & propriam iuxta conditionem, ampla erit ei res familiaris; mulierem quoquè pronam ad itinera, duorum coniugem virorum, quorum alter exter erit, ętate longeua, ac locupletem fortunæ commodis è vita migraturam. Quinquè ex his lineis solstitium in principio nasi facientes, in Lunę sunt, ac Mercurij situatione, tres verò superiores, Veneris, Solis, martisquè.



FIGVRA LXXVIII.

CVm in dimidie sferę modum super naſi principio lineam natus habuerit, vt in figura 78.ſatis erit pugnax,& vindex, alios libenter obledet,& ipſe tūm ferro tumuè igne quoque lędetur, & mulier à propio viro, vel conſanguineis officietur plagis: hęc autem linea mercurialis eſt,& ad lunarem peruenit.

Fi-



FIGVRA LXXIX.

Bifurca Venerea è dextera frontis ad su narem nasi principium declinans, vt in figura 79. ex litigijs nato commotiones excitat, & hostium, & iustitiæ vexationes, ac aquarum discrimina, mulierem verò vexat angustijs, ac iterum periculis aquarum.



FIGVRA LXXX.

Mercurialis, Venerea, & solaris lineę rectę, & exigua martialis solarem obliquè interceptans, vt in figura 80. acutis natum febribus discuciant, & quot ex illis fuerint intersectę, in tot similes ipsę incidet affectiones, attamèn incolumis euadet, ob maiorē rectarum vim linearum; & mulierem laboriosam, ac prudentem astruunt, sed ad ęgritudines, & sanguinis fluxum perferendum decliuem.

Fi-



FIGVRA LXXXI.

MArtialis recta consternatè frequens ; & exigua Iouialis obliq; descendens, vt in figura 81.plagis natum affectum in capite procelanc, & si plures ad fuerint lineunculæ, plagę quoq;plures erunt ; & mulierem, vel ictum accepturam in capite,vel aliquid supra cadendum,quo icietur.



FIGVRA LXXX.

MErcurialis, Venerea, & ſolaris lineę rectę, & exigua martialis ſolarem obliquè interceptans, vt in figura 80. acutis natum febribus diſcuciant, & quot ex illis fuerint interſectę, in tot ſimiles ipſę incidet affectiones, attamèn incolumis euadet, ob maiorē rectarum vim linearum; & mulierem laborioſam, ac prudentem aſtruunt, ſed ad ęgritudines, & ſanguinis fluxum perferendum decliuem.

Fi-



FIGVRA LXXXI.

MArtialis recta consternatè frequens; & exigua Iouialis obliq; descendens, vt in figura 81. plagis natum affectum in capite protelant, & si plures ad fuerint lineunculæ, plagę quoq; plures erunt; & mulierem, vel ictum accepturam in capite, vel aliquid supra cadendum, quo icietur.



FIGVRA LXXXII.

RECta mercurialis, binis comitata ramusculis, ad lunarem obliquè descendentibus, vt in figura 82. aquis natum præfocari prænunciat, & quot sic apparebunt menstruatę lineę, tot quoq; vicibus metipsum periculum incurret; & mulieri iterùm demersiones, & amplius alui dolores.

Fi-



FIGVRA LXXXIII.

IRretortę lineę, hoc eſt, mercurialis, venerea, & ſolaris, ac totidem puſillæ interſecantes in Veneris, & Solis ſituatione, vt in figura 83. maximas nato afferunt calamitates, carcerationes diuturnas, incommodas ęgritudines, & ęrumnas cauſa mulierum; mulierem verò anguſtijs moleſtant gratia dignitatis, ac pluries damnant remotam à culpa.



FIGVRA LXXXIV.

Tres, vel quatuor in vnum collectæ lineæ in situatione Mercurij, Veneris, & Solis, vt in figura 84. vita natum satis iactant, ac dementem faciunt, & si quarta tamen adesset, Martis foret, & sic discriminat, & violens illi lethum intentarent; quę omnia mulieri etiam euenient.

Fi-



FIGVRA LXXXV.

GEminę lunares ſuper ciliis oppoſitę lineę:alia mercurialis cum foſſula; binę venereę item oppoſitę; & recta martialis, ac frequens, vt in figura 85. carcerum diſcrimina, atq; torturam nato prę monſtrant, quem etiam nefando uitio fœdant; & mulierem lupanar frequentare, & obſcenitate ualdè repleri.



FIGVRA LXXXVI.

REctæ lineæ in situatione Veneris, Solis, & Martis, alia perpendicularis illas interſecans ex dextera frontis, et ad Iouialem, licet non apparentem, ſe extollens acumine, inflexa alia declinans in medio, et paruula alia angulum contrahens in infimiori linea, ut in figura 86. carceres, exilia, ac ſimiles nato coaceruant tempeſtates; talia quoq; congerũt mulieri, et inſuper partus acerbos.

Fi-



FIGVRA LXXXVII.

REcta lunaris, ſed dimidiata in cilio ſiniſtro; obliqua mercurialis in dextero flectens; tertia, & quarta venereę rectæ; & obiectæ, quinta, & ſexta angulares in ſiniſtra frontis, & exigua ſeptima oppoſita ex dextera, ſolares; recta tandem, & puſilla octaua martialis, in figura 87. natum grauiter percutiendum pandunt; & mulierem, & in capita, & brachijs vulnerandam, ſed ità dicacem, vt aliorum ſiet mortis origo.

F



FIGVRA LXXXVIII.

REcta linea, cum binis ramusculis super nasi exordium decidentibus, vt in figura 88. ex altis natum vergit collapsurum locis; itidem, et mulierem, et amplius decessuram in partu; linea hæc mercurialis est, à quo scatent ramusculi, et ad lunarem commeant.

Fi-



FIGVRA LXXXIX.

VBi duæ rectæ mercuriales fuerint super cilijs oppositæ; tenuis, & recta venerea; solaris, & martialis ad dimidiæ sferæ instar ex dextera, & finistra frontis; & paruula iouialis itèm recta, vt in figura 89. segniem, ac substãtiæ, & rei familiaris dilapidatorem natum promulgant; & mulierem bonorum helluatricem, & in fine mendicam.



FIGVRA XC.

LVnaris profunda, et perpendicularis in initio nasi, vt in figura 90. nefandæ natum insimulat libidinis; et mariti torum mulierem violatricem.



FIGVRA XCI.

ALiquam nato lineam habenti in Lunæ situatione aliqua cum fossula, vt in figura 91. submersiones immunent; quæ si in mercuriali erit, falsitates prætendet; si in venerea, carceres, et exilia; infortunia si in solari, ac dominorum insectationes; si in martiali percussor natus efficietur; si in Iouiali, bonorum iacturas; & si in saturnina, diuturnas affectiones, plagasq; insanabiles; mulieri verò, & in aquas,

& exalto casus in lunari, in mercuriali, immeritò iactari; incontinentiam in venerea; cum marito iurgium in solari; ictus, siuè vulnera capitis in martiali à consanguineis decipi in Iouiali bonorum causa auferendorum, & prolixas deniq; afflictiones in saturnina, vel incurabiles plagas.



FIGVRA XCII.

DVplex bifurca linea, in principio nasi declinans à situatione Veneris; tenuis in me-

medio tertia;tortuosa quarta in martiali,&recta quinta,sed breuiter diuisa in Iouiali, vt in figura 92.ceteros natum asserunt ferro petiturum,prauum,atq; perfidum, mulierem autem impiam;& culpa sua aliquem necandum.



FIGVRA XCIII.

SEptem ex his lineis,vt in figura 93.prima scilicet lunaris,& recta in sinistro cilio;perfectè recta secunda mercurialis,tertia,& quarta venereę obiectæ; quinta, & sexta martiales

angulum facientes; et exigua septima Iouialis ex parte dextera, plurimis prolixis, ac incurabilibus natum angunt morbis, atq; apoplexia, quam & mulier quoq; probabit, ac animam amplius aget dolore partus.



FIGVRA XCIV.

TOrtuosis, & nubilosis frons obsitus lineis, quarum situationes, omnium sunt planetarum, vt in figura 94. demens, ac breui vita definitur, sic etiam, & mulier.

Fi-



FIGVRA XCV.


MErcurialis ex dextera frontis ad lunarem procedens ſuper naſi principium, vt in figura 95. ſpurium ex nupta nato ſpondet; & mulieri cum amaſio, ſoletq; linea hæc à venerea aliquando manare, & ipſam quoq; appellere lunarem.



FIGVRA XCVI.

VNdosa, ac tortuosa linea in principio dexterę frontis, in situatione Veneris, & à medietate in finem vsq; recta, & alia consimilis in situatione Martis, vt in figura 96. coniugatarum amatorem natũ efficiunt, & si nuptus ipse fuerit, binos de cõsanguinea nothos excipiet; & mulier nupta, totidẽ eũ propinquo, & quot lineę tales, tot ẽt illegitimi erunt, at quoniam ambę hę lineę solarẽ tangũt, propterea natus incestuosus erit, & non tangendo, fiet adulter.

Fi-



FIGVRA XCVII.

BIfurcę lineæ ſuper vtroq; cilio à mercuriali emergentes,& ad lunarem vſq; inſimul conglomerantes;tertia perpendicularis è dextera frontis erga naſi principium deueniens; & quarta recta à martiali, vt in figura 97. ſatis dirum,ſacrilegum,atq; neſandum natum derelinquunt,& mulierem peruerſam, ſæuam religioſiſq; conglutinandam. Et quoniam ſituatio ſolaris, linea vacat, ad malum idcireò natus peruerſè flectitur.



FIGVRA XCVIII.

BIfurca lunaris in dextero cilio,& venerea similis in eadem parte, ſuper naſi principium declinantes, tertia mercurialis in ſiniſtro,& ad lunarem decidens, & martialis, ac iouialis vndoſæ,tortuoſæ,vt in figura 98.luxurioſum natum, & inceſtuoſum concrepant; & ſimiliter mulierem, ac amplius libidine prurientem;& morbum in natura ſentientem.

Fi-



FIGVRA XCIX.

REcta in medio frontis, et non integra linea in situatione Veneris, vt in figura 99. natum odio prouocat vxorem dimittere, et alijs couti fœminis, quas, cùm garrulus ipse sit, atq; effeminatus, et mollis, psequetur amore, ac fortunæ bona, industria sua atq; ingenio congeret, quę tamen malè disperdet facilitate, et mulierem inanem, superbam, parumq; legis timentem, à marito fugam arrientem, focariam, ac ferro petendam deuolat.

Fi-



FIGVRA C.

Recta mercurialis è dextera frontis proueniens, et angulum faciens; alia lunaris in cilio sinistro obliq; deueniens, et in nasi principio angulum formans, et martialis alia recta in dextera frontis, vt in figura 100 salacitate natum valdè replent; quare lethale illi periculum impendet, ac repentina nex, & mulierem facto connubio, corrumpendam, et violento obeundam occasu.

Le-

LECTORIBVS.

COmperiant Lectores, vtpotè superiùs re-signauimus, noluisse nos, hac in prima nostra, Naturalis Metoposcopiæ parte, (vt molestiam vitaremus, apertioremq; curiosis huiusmodi scientiæ addiscendi vim, locum præberemus) plusq; centum supputare capita. At in secunda dein, de alijs lineis, eorumq; significatibus paulatim, & diffusius pertractabimus, è quibus maiorem in legendo voluptatem, in capiendo facilitatem, & commodum in obseruando sentient. Nec eis stomacum faciat, Nos, de mercurialibus, martialibus, & similibus (veluti res deposcebat) non ordinatè discurrisse, quoniam, eo, quo sese materia modo præferebat, insequi coacti fuimus. Tamen, vt lineæ in suis situationibus cautè circumspectentur, deintegrò monemus, nam ex hoc totum maximopere pendet, vt fructus hauriant cum iucunditate, ac illas inclinare tantummodò posse, & non cogere, reminiscantur.

172
Segue n 2 -

Digitized by Google

PHILIPPI PHINELLA

DE

METROPOSCOPIA,

Seù

METHOPOSCOPIA NATVRALI:

LIBER SECVNDVS.

P.

ANTVERPIAE
Ex Officina Plantiniana, Apud Balthassarem Moretum. 1648.

ILLVSTRISSIMO DOMINO MEO

Obſequentiſſimo,

D·FRANCISCO TVRRIANO DE TASSO.

SVperioribus diebus primam Natura'is Methopoſcopię partem typis tradidi, nunc ſecundam imprimendam duxi, quippequè non minus pulchritudine, quam virtute præſtat, & ſi illa vti Belzuari figura iactabatur; hoc Hamoni lapidi æquiparata præſtantiſſima gloriatur qui vt vnicus cęteros, qui in mundo ſunt, tanquam Phœnix omnes antecellit. Nam ſi Belzuari quodcumq; contra venenum corporis antitodum eſt, lapidem Hamonem in animæ potentijs alta, & diuina cogitamenta ad viuum præſtare certum eſt, quoad tempus, vt lapide vſus occulta ſua ſecreta non excogitaui: At hodie, quia raras eius virtutes diuinas eſſe, agnoui, diſſimilibus oculis interiori corde intueor, & admiror, nec vt lapidem cogito, ſed figuram tui digniſſimi nominis, à quo licentiam præſume tuæ protectionis fulciri, ac de nimia mea confidentia excuſetum habe, ſecurus de potiſſima tua dignitate, mearum gratia tuendarum impreſſionum, quas rogo digne-

gneris habere gratas, non solum pro tuitione mea, sed pro sæculis venturis norma danda, quæ quidem stupefacta de immortalitate mea nomine tuo, cui me dico, & meas has vigilias offero, & iterum rogo, accipias ea animi sinceritate, qua porrigo, vt cum peritis me excuses, & cum Zoilis protegas, quia mundus id prospiciens de tua munificentia procedere, doctrinarum te prædicabit tutorem, & me hoc fecisse ad euitandas temporis, & fortunæ irrisiones, quem sic sine fine reueor, & de osculor venerãdas manus. Datum. Neap. sub die 8. *Iulij* 1648.

Suæ domationis

Seruus humilis, & alligatus.

Philippus Phinella.

Exor-

EXORDIVM

NÆc nostræ naturalis secunda Methoposcopiæ pars, totius est, nostro iudicio, huiusce substantiam complectens facultatis. Nam, si ea, in prima parte dedimus, quibus breuitate potuisset consequi monimenta, facilitatē in hac profecto secunda exhibemus: si ascendentium in illa terminum præbuimus, illos, in hac reperiendi, modum trapimus; in illa si signa exposuimus, quid ea sint, ac quoq; Planetæ, vtrq; in hac aperimus, cum ratione, quæ causa sit efficiens, lineas in suis producendi, atq; causandi situationibus. Vndè factus de vtroq; studiosus certus, suum facilitate capiet significatum. At quoniam scientia hæc, ornamento non indiget verborum, pergimus absq; veluti contingentia Pœtis. Dicimus intereà, legētem, huiusmodi exercitio (priusq; incipiamus) fore imbuendum, vt Ascendentes expedito valeat reperire ordine: Solis igitur verem est opus habere ortum, idest, quota ipse hora nostra adsit horizonti; propterea enim Polo 41. nostri meridiani Neapolitani, tabulam, quæ nedum Polo huic, verum, & magnæ Italiæ parti inseruiret, construximus, & illum crescere volenti, vel decrescere, perfacile erit, in quouis reperiatur Polo, vnū ex quatuor, aut ęquinoctialium, aut solistitiorum, quibit obseruare punctis: animaduertentes quam det horam meridies, reliquum verò à meridie ad ortū vsq; Solis, matutinis connectetur; non tamen ignorans quot horis vbiq; constet ille dies, & sic Tabulæ haud modica queunt coequari comitate, solisq;

ortum dignosci. Hęc autem prima, quot horas vniuscuiusq; mensis habeat dies, prastat reperiendi modum; secunda verò Planetam in quauis diei, noctisq; hora dominantem. Monemus namq; horas diei, ac noctis, non semper esse æquales; quamobrem, vt ortus intelligatur Solis, ac cuiuslibet horæ diei, scitu necessariæ, hanc primam condidimus Tabulam, & hora inuenta, protinus in secunda illius reperitur Planeta dominator, atq; verus horoscopus; quare omni modica locali memoria, & omni tempore, quòd signum in ascendēte præsit, quiuè Planeta dominans, comperiet: Et hoc memoriæ mandans, cuius sit formæ, quibusuè lineis exornetur obseruandus, sine tabularum valebit inspectione colligere; Idq; cum non accideret, ipsis in tabulis, & Planetam, & signum, in quibus fuerit ipse ortus, probe tenebit, & cognitis horoscopo, & Planeta, nascentur, & lineæ, quas ille retinet in fronte, & hoc ab aptitudine quoq; corporis totum accipi potest. Has autem post paucas normas, linearum varietas, in hac secunda parte sequentium, libranda sanè est, ex quibus, multorum annorum periculo, & opera nostra, subsequentes traximus formas. Nec sunt alia hoc circa danda documenta, cum in prima sint parte omnia assignata, tùm in exquirendis lineis, tumuè in ipsarum recto modulo capiendo, qui quippè vtilis cum sit, possideri curetur, vt in hac secunda quis absolutè vtatur eo, in qua, ne leuis memoriæ, pluries idipsum commemorando, habeamur, nó iteramus, asserentes tamen, satis Lectorem oblectaminis, atq; commodi ab vtraq; cōiunctim excepturum: Quandoquidē vnumquodq; signum, ac linearum significatum, fuit à nobis iuxta sui Planetæ naturam, accuratè descriptum. Quo circa

ca, ſignificatum, & ad quid ſit natus decliuis, à ſituatione elici poteſt, dum quęq; tamen inſpiciatur linea, aſcenſu apparens, vel deſcenſu, & vndè originem illa ferat, ratiò habeatur; quoniam, quæ prę- ualet, ipſa principalis eſt linea, & incidentia ramuſculi, ſine boni, ſiue mali. Et mirandum neinpè eſt, interna cordis in fronte hominis memorem naturam inſcripſiſſe, vt ea mente peruoluens, polleat (ceù liber) proſpicere illis. At cum Soli homini fuerit conceſſum arbitrium, ipſi quoq; Soli hoc tribuit metrum. Porro non eſt huic fides præfinitè præſtanda facultati, cum nulla ſit formula alicuius innoxia culpæ, nec Planetæ, vel ſydera, aut ſigna, ſiue lineę ex ſe vim habeant, alicui hominem ſubigendi ſiniſtro, ſed tantum ad illud, quod figuræ à nobis indefinite iudicio enucleatæ, proferunt, ſimpliciter inflectendi. Et hic alloquio noſtro finem facientes, tabularum obſeruationem veſtris mentibus denuo commemoramus: Per illas etenim, & humor, & natura ſcitur, atq; corporis conſtitutio. Humore namq; & ſigni qualitate, perſonæ delicatur applicatio? natura verò, perfectio, & imperfectio. Habitudine autem, iuſtum compoſiti temperamentum: nec diem prætermittentes, neq, horam, cui ſuum non demus ſignificatum: nam hac de cauſa vigilijs vſq; modo inſudauimus, ac treſdecim fabricauimus libros hanc materiam tangentes, è quibus, vel bona pars, ni plena, hauerietur ſatisfactionis, perfectam tamen exhibere (ſi, Deo præſtante, fuerit vita comes,) pollicemur.

Tabula quæ anni ſingulo quoque die,

Dì	G.	F.	M.	A.	M.	G.
1	9. 20	10. 22	11. 20	12. 22	13. 20	14. 22
2	9. 22	10. 24	11. 22	12. 24	13. 22	14. 24
3	9. 24	10. 26	11. 24	12. 26	13. 24	14. 26
4	9. 26	10. 28	11. 26	12. 28	13. 26	14. 28
5	9. 28	10. 30	11. 28	12. 30	13. 28	14. 30
6	9. 30	10. 32	11. 30	12. 32	13. 30	14. 32
7	9. 32	10. 34	11. 32	12. 34	13. 32	14. 34
8	9. 34	10. 36	11. 34	12. 36	13. 34	14. 36
9	9. 36	10. 38	11. 36	12. 38	13. 36	14. 38
10	9. 38	10. 40	11. 38	12. 40	13. 38	14. 40
11	9. 40	10. 42	11. 40	12. 42	13. 40	14. 42
12	9. 42	10. 44	11. 42	12. 44	13. 42	14. 44
13	9. 44	10. 46	11. 44	12. 46	13. 44	14. 46
14	9. 46	10. 48	11. 46	12. 48	13. 46	14. 48
15	9. 48	10. 50	11. 48	12. 50	13. 48	14. 50
16	9. 50	10. 52	11. 50	12. 52	13. 50	14. 52
17	9. 52	10. 54	11. 52	12. 54	13. 52	14. 54
18	9. 54	10. 56	11. 54	12. 56	13. 54	14. 56
19	9. 56	10. 58	11. 56	12. 58	13. 56	14. 58
20	9. 58	11. 0	11. 58	12. 59	13. 58	15. 0
21	10. 0	11. 2	12. 0	13. 0	14. 0	14. 58
22	10. 2	11. 4	12. 2	13. 2	14. 2	14. 56
23	10. 4	11. 6	12. 4	13. 4	14. 4	14. 54
24	10. 6	11. 8	12. 6	13. 6	14. 6	14. 52
25	10. 8	11. 10	12. 8	13. 8	14. 8	14. 50
26	10. 10	11. 12	12. 10	13. 10	14. 10	14. 48
27	10. 12	11. 14	12. 12	13. 12	14. 12	14. 46
28	10. 14	11. 16	12. 14	13. 14	14. 14	14. 44
29	10. 16	11. 18	12. 16	13. 16	14. 16	14. 42
30	10. 18		12. 18	13. 18	14. 18	14. 40
31	10. 20		12. 20		14. 20	

fingulam quamquè diei indicat horam.

Di	L.	A.	S.	O.	N.	D.
1	14. 38	13. 39	12. 38	11. 40	10. 38	9. 40
2	14. 36	13. 38	12. 36	11. 38	10. 36	9. 38
3	14. 34	13. 36	12. 34	11. 36	10. 34	9. 36
4	14. 32	13. 34	12. 32	11. 34	10. 32	9. 34
5	14. 30	13. 32	12. 30	11. 32	10. 30	9. 32
6	14. 28	13. 30	12. 28	11. 30	10. 28	9. 30
7	14. 26	13. 28	12. 26	11. 28	10. 26	9. 28
8	14. 24	13. 26	12. 24	11. 26	10. 24	9. 26
9	14. 22	13. 24	12. 22	11. 24	10. 22	9. 24
10	14. 20	13. 22	12. 20	11. 22	10. 20	9. 22
11	14. 18	13. 20	12. 18	11. 20	10. 18	9. 20
12	14. 16	13. 18	12. 16	11. 18	10. 16	9. 18
13	14. 14	13. 16	12. 14	11. 16	10. 14	9. 16
14	14. 12	13. 14	12. 12	11. 14	10. 12	9. 14
15	14. 10	13. 12	12. 10	11. 12	10. 10	9. 12
16	14. 8	13. 10	12. 8	11. 10	10. 8	9. 10
17	14. 6	13. 8	12. 6	11. 8	10. 6	9. 8
18	14. 4	13. 6	12. 4	11. 6	10. 4	9. 6
19	14. 2	13. 4	12. 2	11. 4	10. 2	9. 4
20	14. 1	13. 2	12. 1	11. 2	10. 1	9. 2
21	14. 0	13. 0	12. 0	11 0	10. 0	9. 0
22	13. 58	12. 58	11. 58	10. 58	9. 58	9. 2
23	13. 56	12. 56	11. 56	10. 56	9. 56	9. 4
24	13. 54	12. 54	11. 54	10. 54	9. 54	9. 6
25	13. 52	12. 52	11. 52	10. 52	9. 52	9. 8
26	13. 50	12. 50	11. 50	10. 50	9. 50	9. 10
27	13. 48	12. 48	11. 48	10. 48	9. 48	9. 12
28	13. 46	12. 46	11. 46	10. 46	9. 46	9. 14
29	13. 44	12. 44	11. 44	10. 44	9. 44	9. 16
30	13. 42	12. 42	11. 41	10. 42	9. 42	9. 18
31	13. 40	12. 40		10. 40		9. 20

Tabulæ primæ explanatio.

NOn nisi, vt, quot horæ sint cuiusq; anni diei, est hic apposita Tabula prima, per quam, qui sit Horoscopi Dominus, & Planeta illius, quæ optatur, dominator horæ, percipi facillimè potest; Idcircò peculiaris est huic tabulæ facienda reflexio, & valens, adhuc dare memoriæ, vt ea facilius vti queat, ac maiorem de se, reddere rationem, calculos, isti prædicẽdi facultati, adeò necessarios, expeditè præbendo, nam maioris est existimationis prompta, quàm præmeditata consideratio, cum integrum hæc scopum contineat professionis, (exempli gratia; si natus oriretur quintadecima die Iunij, ad ipsius Tabulæ respice columnã; vbi Iunius annotatur, à cuius capite ab, ò, accipere perspicies, & ad 30. & 31. vsq; deuenire, atq; hoc modo querendo, illum, quemuis adinuentes numerum, quo obtento, respice recte contra illum, vbi 14. tibi dantur horæ, & minuta 48. quæ quidem sunt horæ diei, & seorsum notabis eas, tali pacto lineam subter tendens, videlicet, 14.48. quo facto, supputabis, & scies quot horæ, quotuè minuta desint, vt 24. compleantur, & sic intelliges minuta 12. deesse minutis 48. vt ad 60. pertingatur, quæ integram constituunt horam, (in 6 enim minuta diuiditur hora) & ita 15. habebis horas, quibus 9. desunt, vt num. 5. fiat 24. Ergo si

14.ex-

14.exhibet horas dies,& minuta 48.nox 9.dat & minuta 12 48.quod 24.complementum

9. 12.

erit horarum. Nec lateat tam horas 14. & minuta 48.diei,quàm 9.& minuta 12. noctis esse diuidendas in minuta per 12. & comperies, ipsas horas diei 14. & min. 48. ascendere ad ad numerum 888.minutorum, quibus per 12. quo supra diuisis,74.singulis diei horis tangent minuta,& calculatis 9.noctis horis,& minutis 11, 552.minuta dabunt,quibus iterum per 12 partitis, 46. reddent singulis quibusq; noctis minuta horis,& sic inæquales remanent horæ; & licèt 74. diurnæ, & nocturnæ 46. retineant horæ minuta, 24. tamen semper conficiunt horas, quæ totum primi mobilis perficiunt motum, quod potentiali virtute intelligentiæ sæ ab Oriēte ad meridiem,à meridie ad Occidentem, ab occidente ad Septentrionem, & à Septentrione ad Orientem ambitur. Vndè, Sol,raptu,celeriq; motu naturalis primi mobilis motionis,cunctas duodecim Zodiaci domos,breui horarum 24.spatio circumit,quare binis quibusq; horis,vnum tantum Sol peragit Zodiaci signum, (quoad naturalem inquimus motum) vel æquales horæ sint,vel inæquales, v.g.horis diurnis 15. Iunij, stabit Sol in signo 148.minutis, & nocturnis non plusq; 92.& sicuti longas eo tempore dies defert horas,breuesq;

uesq; noctis, sic Hyeme longæ sunt horæ noctis, breuesq; diei. Iduè signum, per quod Sol hoc peragit iter in 30. diuiditur gradus, quos ipsa Iunij die 15. in 148. diurnis minutis, Sol perambulat; quibus per 30. partitis, in quinq; minutis sexto minus, excipies Solem perficere gradum; & diuisis similiter minutis 92. noctis eiusdem temporis, per 30. in tribus minutis cum sexto, & inæquales dicuntur. Et cupiens quis non ignorare quantum in die maneat Ascendens hoc ipso tempore, reminiscatur, horam diei 15. Iunij, vt diximus, esse 74. minutorum, & immorans Ascendens duabus ex his inæqualibus horis, 148. minuta importantibus, tantum colliget illum in die manere, & in noctæ 92. At quoniam 15. Iunij spectamen posuimus, quo tempore, in 24. Sol reperitur Gemini, sex ad 30. deficiunt gradus, quos in 29. Sol ipse peragrat minutis ratione minutorum quinquè sexto minus pro quoquè gradu, & sic tot minutis Sol commoratur cum Gemini Horoscopo, & preterit, signumque Cancri remanet Horoscopus 148. spatio minutorum. Tertius Ascendens Leo erit, & totidem stabit minutis, quæ duæ horæ sunt, & minuta 28. Quartus Virgo cum ipsis horis, & minutis. Quintus Libra iterum cum 148. minutis; Scorpio sextus ipso cum interuallo; septimus Saggittarius cum 119. tantum minutis, ex quo in primis ho-

horis matutinis minimè suum egit complementum 148. minutorum, cum in 24. fuerit Gemini gradibus, cui sex desunt ex illis, qui 29. minuta important, & idcircò cum serotinis sunt explendi, quod est matutini oppositio signi; Itaquè vt ad summam perueniatur 148. minuiorum 119. desiderantur, & hoc pacto Saggittarius erit Ascendens, & quousquè Sol cum 119. occidat, ipse moram faciet, reliquumquè, vt signum perficiat, noćte peraget. Quamobrem si ex 888. minutis, 148. cuilibet Ascendenti diei dedit, ex 552. noctis, 92. binisquibusquè tribuet minuta horis, & sic à 119. quæ Saggittarius reliquit, vt diei respondeat, 29. tantummodo minuta sumet, & postea Capricorni subsequetur signum cum 92. minutis, deindè Aquaris cum eisdem 92. Piscis cum totidem, Aries similiter, Taurus quoquè Gemini verò non plus habet quàm 63. in nocte, quia Sol cum 29. ascendit in die, & numerum claudit 552. minutorum nocturnarum horarum, quæ nimirum vnam cum 888. diei minutis 1440. efficiunt, & ratione minutorum 60. pro hora singula; 24. peragunt; & sic quoties est hora inquirenda, tabula præcurratur, in qua omni cum facilitate Dominus reperietur Ascendentis, & quo supra enumerando, facies, quoquè noscetur essentis in Ascendente; Nam signum in tres diuiditur facies, quemadmodum in prima

par

parte satis explanauimus abundè, & suum etiam enunciauimus significatum ; potest & accipi cuiusuis hora Planetæ in illa dominantis. Aduertendum tamen est, Planetam haud duabus in signo, velut Ascendens, morari horis, etenim ipsorum rota Planetarum, 24. intercapedine horarum circumit, (secundũ Ptholomeum) alternatim sequentium, & singulis 24. horis, vnum commutat ex ipsis iuxta quam habet seriem; quandoquidem plusquam septẽ non sunt, & vt expeditè in Veneri queat, quis cuicumquè horæ tum diei, tum noctis, Planeta præsit, secundam hanc appendimus Tabulam, quæ quidem ad primam semper refertur, horarum docentem magnitudinem. Verumtamen si hanc exoptans exercere facultatem Astronomus non fuerit, illam assequi absquè tabula ipsa minimè valebit. Quare ad id, vt quisqis suum excitet animum, hic iam peculialiter assignamus.

Ca-

CAPVT I V

Tabula secunda, sciendi Planetam in quauis diei, vel hora dominantem.

DIe Lunæ primæ, diei horæ ipsa dominatur Luna, secundæ Saturnus, tertiæ Iuppiter, Mars quartæ, quintæ Sol, sextæ Venus, Mercurius septimæ, octauæ Luna, nonæ Saturnus, decimæ Iouis, Mars vndecimæ, & duodecimæ Sol.

Noctis verò horæ, primæ Venus, secundæ Mercurius, Luna tertiæ, quartæ Saturnus, quintæ Iuppiter, sextæ Mars, septimæ Sol, Venus octauæ, nonæ Mercurius, decimæ Luna, Saturnus vndecimæ, & duodecimæ Iupiter.

Primæ horæ diei Martis, ipsemet præest, Sol secundæ, tertiæ Venus, quartæ Mercurius, Luna quintę, sextæ Saturnus, septimæ Iuppiter, Mars octauæ, nonę Sol, Venus decimæ, vndecimæ Mercurij, Luna duodecimę.

Noctis autem Saturnus horę primę, secundę Iuppiter, tertię Mars, quartę Sol, quintæ Venus, sextę Mercurius, Luna septimę, octauę Saturnus, nonę Iuppiter, Mars decimę, vndecimę Sol, & duodecimę Venus.

Prima Mercurij diei hora, eiusdem est, secũda Lunę, tertia Saturni, quarta Iouis, quinta Martis, sexta Solis, septima Veneris, Mercurij

octa-

octaua,nona Lunę,Saturni decima, vndecima Iuppiter,Martis duodecima.

In nocte,prima Solis,ſecunda Veneris;Mercurij tertia,quarta Lunę, quinta Saturni, ſexta Iouis,ſeptima Martis, octaua Solis,nona Veneris,decima Mercurij,vndecima Lunę,& duodecima Saturni.

Die Iouis, ipſe pręſidet horę primę, Mars ſecundę,tertię Sol,quartę Venus,quintę Mercurius,Luna ſextę,ſeptimę Saturni,octauę Iuppiter, Mars nonę, decimę Sol, vndecimę Venus,& duodecimę Mercurius.

In nocte,Luna primę,ſecundę Saturnus, tertię Iouis,quartę Mars,quintę Sol,ſextę Venus, ſeptimæ Mercurius,octauæ Luna,nonæ Saturnus,Iuppiter decimæ,vndecimæ Mars,& duodecimæ Sol.

Die Veneris in prima hora ipſa vigilat, in ſecunda Mercurius, in tertia Luna, Saturnus in quarta Iuppiter in quinta,Mars in ſexta,Sol in ſeptima, Venus in octaua, in nona Mercurius,Luna in decima,in vndecima Saturnus,& in duodecima Iuppiter.

Mars in prima noctis,Sol in ſecunda,in tertia Venus, in quarta Mercurius, Luna in quinta,in ſexta Saturnus,Iuppiter in ſeptima,Mars in octaua,Sol in nona, in decima Venus, Mercurius in vndecima, & in duodecima Luna.

Saturni die,primam ipſe poſſidet horam, ſecundam Iuppiter, Mars tertiam, quartam

Sol,

Digitized by Google

Sol, Venus quintam, sextam Mercurius, Luna septimam, octauam Saturnus, Iouis nonam, decimam Mars, vndecimā Sol, & Venus duodecimam.

Mercurius primam noctis, Luna secundam, tertiam Saturnus, Iuppiter quartam, Mars quintam, sextam Sol, septimam Venus, Mercurius octauam, Luna nonam, decimam Saturnus, Iuppiter vndecimam, & duodecimam Mars.

Dominico die, Sol micat in prima, Venus in secunda, Mercurius in tertia, in quarta Luna, Saturnus in quinta, Iuppiter in sexta, in septima Mars, Sol in octaua, Venus in nona, Mercurius in decima, in vndecima Luna, & Saturnus in duodecima.

Iuppiter in prima noctis, Mars in secunda, Sol in tertia, Venus in quarta, Mercurius in quinta, in sexta Luna, Saturnus in septima, in octaua Iuppiter, Mars in nona, Sol in decima, in vndecima Venus, & Mercurius in duodecima.

Tabula Planetarum dilucidatio.

EST nempè necesse, secundam hanc, (vt inquimus) tabulam experientia perquàm optimè callere, quæ quidem facilis cum sit, haud hic erat apponenda; verumtamen, non omnes istarum esse scientiarum professores,

excogitantes, consuimus propterea annotandam, modumq; aperiendum, vt quoties foret opus,in seruiret. Et ne ignoretur qui sit Planeta dominator in die 17. Ianuarij, hora 17. & minutis 17. aduertatur, esse nonnumquam sciendum, si Lunæ, vel alterius dies erit; Nam quoties solorietur,illius diei Dominus primæ dominatur horæ, exempli gratia, Dominico die,hora prima Solis est,die Lunæ,Lunæ,& sic de singulis; 17. igitur Ianuarij,hora 17. & minutis 17. die Iouis, vt dominator habeatur, percurratur tabula prima, mensisq; reperiatur Ianuarij in secunda columna, & per prima deorsum demeando,vti fuit supra factum, excipietur num. 17. qui 9. in illa die dabit horas, & minuta 52. hisq; omnibus in minuta redactis, 592. inuenientur, quibus in 12. partitis 49. solummodo,ac duo tertia, singulis experieris contingere horis; Ergo si vna hora 49. tribuit minuta,& duo tertia,hunc sequendo ordinem, diem probabis 9. dare horas, & minuta 52. noctem verò 14. & minuta octo, quibus addendo 49. minuta,duoq; tertia per ter ducta antecedentium Planetarum, Iouis scilicèt, Martis,& Solis, 149. constituunt minuta, & sic 16. implent horas,& minuta 37. & ad 17. vt veniatur horam,& minuta 17.40 minuta desunt, & tali pacto accipi potest Planetam hora 4. die Iouis dominantem, esse Venerem,& 4. ea hora dominatam fuisse minutis; Vndè si nor-

mam

mam hanc tenebris, Planetam quoquo tempore dominatorem habebis, & signũ, & quoq; gradum. At quoniam tertiam spopondimus tabulam terminum continentem, quo quodpiam Sol intrat signum, ex sequenti Capitulo damus.

Modus, ac terminus reperiendi in quo signo, atq; gradu, quouis anni tempore Sol proficiat. Cap. 2.

TRecentorum sexagintasex spatio dierum (quod integer annus est) proprio motu Sol totum percurrit Zodiacum; qui nimirum Zodiacus in 12. partitur signa, signum verò in gradus 30. & id, vt cuiusq; memoriæ breuitate mandetur, sit fiat, incolet quis à primo signo, qui Aries est, in quod Sol 21. intrat Martij, ambulatq; per illud vsq; ad 21. Aprelis, qui 30. sunt dies, quibus integrum signum peragit, quod 30. constat gradibus; itaq; vnum quotidie gradum cursitat signi, in quo reperitur. A 21. autem Aprelis, ad 21. vsq; Maij, 30. Tauri meat gradus; à 21. Maij ad Iunij 21. Gemini à 21. Iunij ad Iulij, Cancri; à Iulij ad Augusti, Leonis; ab Augusti, vsquè Septembris, Virginis, à Septembris, vsquè Octobris, Libræ; ab Octobris vsq; Nouembris, Scorpionis; à Nouembris ad vsq; Decembris, Saggittarij; à Decẽbris vsq; Ianuarij Capricorni; à Ianuarij ad

19.vsq; Februarij, Aquarij;ac tandem à 19.Februarij ad 21.vsq; Martij, Piscis graditur signū.
Et si quo in signo graduq; 8. Martij Sol reperiretur, fuisset percontattum, à 19. Februarij ad vsq; 28.eiusdem 9.deficere, esset aiendum, quibus 8. congestis, quæ Martij petitio est, 17. efficiunt, & sic 8. Martij in signo Piscis, cum gradibus 17. Solem immorari perhibebitur. Hac ve vtatur formula, quoties Solis signum atq; gradu obtinere cuiusq; animo erit, quod factu, facillimum quidem est. Verùm priusq; ad linearum deueniamus distinctione, est de Planetarum situatione; ac quod in quàq; hora dominium exerceant, nobis agens, & à prima Lunæ hora, in qua suum inceptat dominium, occipiemus, serie per horas prosequendo, & institutum, cum cuiusq; horæ significatione, in diem assignando, ac Horoscopus, ceù artis huius basim, semper lustrando. Horarum præterea rationem subducemus; & ita, quando fuerit Horoscopus in proprij signo Planetæ, vel in exaltatione, fortunatiorem, quàm alijs in locis, & potissime inimicorum, se præstabit.

De

De Lunæ effectibus in dominio horæ suæ, cum Horoscopo in singulis Zodiaci signis. Cap.3.

SI Luna fuerit domina horæ, & Aries ascendens, natum bono spondebit aspectu, pulchroquè vultú, barba longa, carne satis alba, proceriorem, quæ statura pusillum, primi motus, in manus incursurum hostiles, maximo afficiendum damno, lippitudini, submersionibus, & à præcipitosis locis subditum casibus, & tandem longissima via abiturum, cuius mater haud plurimos videbit dies, eiusq; linea indirecta maleq; situata erit.

Si Taurum secum habebit Ascendentem, maxima natum causa mulierum fortuna constituet, è quibus prægrandia excipiet ipse cõmoda, magnis erit oculis, visu perpallido, & semper accensus amore, cuius linea, licet recta, curua tamen apparebit.

Si cum Gemini reperietur Horoscopo, fœcundissimum in mercaturis denunciat natum, magnæ intelligentiæ, plenum doctrina, probæ vitæ, acutis dentibus, & ore concinno, cum recta linea, & absq; intercisione.

Si Cancro in propria domo vtetur Horoscopo, gratiosum Dominis præstabit natum, & fortunæ, & corporis ex ornatum bonis, maximis cum quæstibus dignitate fugentem, aliqualiter læsum in oculis, periclitaturum aquis,

amplas habentem scapulas, tenues & albas vngues, breuem nasum, osq; aliquantis per exiguum, ac retortam tortuosamq; lineam.

Si Leo Horoscopus gradietur cum illa, desidem, ac somno datum natum decernet, atq; luxuriosum, vmbelico prægrandi, varijs subiectum affectionibus, modicæ in prolixis fortunæ itineribus, & cum linea in pluta comminuta frustra, quæ quidem ad 35. attingens annũ, connectetur in vnum, & licet recta, vndosa tamen aliquantulum erit.

Si Virgo aduenerit Ascendens, infirmum, & habentem gignet natum, colore inualido, plures passurum afflictiones, & oculorum præcipuè, cum vanis satis exilibus, & linea intersecta, nonnullis cum fossulis.

Si Libra pro Ascendente lætabitur, amasiũ natum deuelabit, aspectu specioso, moderatum, tamen eneruatum, rudem magisquè scitum, mendacem, & in capite sauciandum; verùm eleganter vestietur, & venerabitur; cuius linea curua atq; secunda, aliquibus cum ramusculis ex medio exilet.

Si Scorpio prodiuerit Ascendens, aquis præfocandum pronunciabit natum, à prædonibus patendum insidijs, lippitudine laboraturum, & in brachijs vulneribus infligendum; cuius linea retorta constabit, ac in pluribus secta locis.

Si Saggittarius Ascendens ad fuerit, libidino

ne irretitum natum mulgabit,fortem,ſtrenuũ fama in mortali, fidelem, amabilem, veneratum,aſpectu delectabili,oculis iucundis, fronte formoſa, humeris temperatis, æquis crinibus,atq; auricomis, & cum Eccleſiaſticis in itinere fortunatiſſimum; cuius linea, recta, & ſine inſectione pandetur.

Si Capricornus Horoſcopum ſe præſtituerit, varijs affectum moleſtijs natum deſignabit, tardum præterea,mollem;ſomniculoſum,blęſum tantiſper,ſed in mercaturis, & itineribus velis æquiſq; ſecundum; cuius linea recta beneq;ſituata profiliet.

Si Aquarium in Horoſcopum obtinuerit, ophtalmia, & pectoris afflictationibus laboraturum minitat natum,mollem,inertem,effeminatum,aquis itinera capturum, ſubmerſionis diſcrimina experturum,nec nimium fortunatum;cuius linea vndoſa, ac tortuoſa manebit, & in medio, hoc eſt in principio naſi deſcenſus aliqualiter curua.

Si Piſce demum pollebit Horoſcopo,ad virtutes natum accinget, nec modicæ futurum ſtrenuitatis,& exiſtimationis;nobilium geſta, (licet plebeium)ęmulatorem, venuſtum inſuper,ac in tractando affabilem, & præclara ob eius ornamenta ſummopere diligendum, attamen luxuria laqueatum;cuiuſ linea irretorta, profunda,fręquens, & ſectione expolita, conſpicietur.

Prima Mercurij hora dominium. Cap. 4.

SI Mercurius primæ præfuerit horæ, & Aries Ascendens, nequam proferet animo natum, falsum, vaniloquum, callidum, loquacem, litteratum tamen, & variis delectaturum scientijs, nimium martialem, statura procera, gracilem, manibus pedibusq; productis, cuius linea illa erit, quæ sursum tendet, quæ & recta, sed aliquatenus curua in medio, nonnullis cũ intercisionibus, & fracturis,

Si Taurus obuenerit Ascendens, cunctis in scientijs versatum prædocebit natum, magni ingenij, musicum, aspectu gratissimo, optimum oratorem, omnibus carum atq; iucundum; ad nobilium se conferet amicitias, qui reales, fructuosiq; illi profecto erunt, cuius linea recta, ac interfectione munda scatebit.

Si Gemini potietur Horoscopo, manuum lusorem, in signemq; mechanicum elucidat natum, ingeniosum, atq; studiosum, cuius forma corporis satis præstantiæ sapiet, bonam præterea ipse loquelam præferet, ac leuitatẽ in incedendo, eius autem linea ampla, recta, speciosaq; micabit.

Si Cancrum fuerit nactus Horoscopum, ad mercaturas mariterrisq; natum flectet, præclara de eo fama volabit, fidelis namq; erit, tacitus, lege sancta, ac secundus, corpore haud nimio, aspectu tamen bono, & linea recta, quo-

uis

uis præciso impedimento, ac intercisione.

Si cum Leone Ascendente meabit, varijs natum decorabit cognitionibus, qui & Dominis, & Præsulibus inseruiet, ac insuper studio datus, bona sorte fruetur, formosis oculis, aspectuq; satis venusto; cuius linea recta interceptatione, & alio quocumq; vitio vacabit.

Si Virgo interfuerit Ascendens, legibus natum indicat nauaturum, oratorem, poetam, cum Dominis, magnisq; Principibus versaturum, aspectu mercuriali, & in tractando ingenuum; cuius linea recta, & vlla incisa sectione manabit.

Si Libram sibi sentiet Horoscopum, omniũ natum ditabit genere virtutum, musica insuper; fortuna prospera, & nobilium, virtuosorumq; fungetur amicitia, aspectu lepido, probis institutis, fulgentibus oculis, vultuq; depicto; cuius linea licet recta, perparum tamen curua in principio nasi construetur.

Si Scropio cum illo exurget Ascendens, mẽdacem, multumq; flexibilem natum improperat, prauum, versutum, falsarium, nugacem, deceptorem, vitijsq; refertum; peior planè nõ est visa linea mercurialis, quàm cum Scorpione ascendente, hæc enim in plura erit frusta discreta, eiusq; partes tortuosæ instar mediæ Lunæ.

Si Saggittarius insurrexerit Ascendens, doctrinis, & legibus natum instruet, cum Domi-

minus, & Principibus valdè fœlicem, aspectu bono, melioriq; loquela, cuius linea rectitudinem, profunditatem, coloremq; verget, ac seiunctionis carentiam.

Si Capricornus euigilauerit Ascendens, cum Principibus facit natum inire consuetudinem, cum honore, & beneficijs non modicis dignitate præcellentem optima sorte dotatũ, in stabilibus potissimum; cuius linea profunda, recta ac rubicunda emerget.

Si Aquarius accesserit Ascendens, satyricũ, malignum, & susurronem natum futurum inclamat, & cum eiusdem naturæ similibus versaturum, omnibus infensum, & balbum aliquãtulum; cuius linea paucis erit fœdata frustis, & pluries aduertimus illam esse interruptam, atq; diuisam.

Si Piscis deniq; obuiam venerit Ascendens, iuribus, & Philosophis natum excolet, Ecclesiasticorum, ac temporaliũ Dominorum amicitia perfruetur, quorum ope ad dignitates, & maximo cum prouentu honores attolletur, cautus plane erit, amabilis, fidelis, atq; facilis; cuius linea non multum quidem profunda, sed recta, & sine intercisione fulgebit.

Ve-

Veneris hora dominium. Cap.5.

VBi Venus primæ dominabitur horæ, & Aries Ascendens, per nobili, ęquèue proportionato natum producet aspectu, studiosum, magni ingenij, aliquatenus attamen mendacem, & quod iure nequibit, perficiet iniuria, multaq; iniquè, & indecenter patrabit; cuius linea adunca, interruptaue pangetur.

Si Taurus illi se tradet Ascendentem, hilarem, festiuum, & amantem promet natum, elegantem præterea, ac libidini deditum, & quas adamabit mulieres, fatuæ, & cerebrosæ erunt, atq; inanes, quarum causa noxis adstringetur, odoribus delectabitur, & maxima in negotijs sorte vtetur; cuius linea licet recta, aliqua tamen ex parte intersecta vigebit.

Si Gemini adherebit Ascendens, Religiosorum nato familiaritatem spondebit, lasciuia tamen spurcatum reddet, & causa mulierum, cum vitæ discrimine damna subiturum, cuius linea flexa, ac retorta patebit.

Si eam Cancer fuerit sequutus Ascendens, mutabilem natum increpabit, mollem, stupidum, eneruatum, atq; salacitati datum, verumtamen bono aspectu, munificum, & excelsum; cuius linea, quamuis recta, in plura tamen erit frustra discreta.

Si Leonem ipsa complexa fuerit Ascendentem, ad libidinem natum impellet, in iuuentu-

te

te potiſſimum, quo tempore ſummopere oblectabitur turpitudine, ſemperq; de illa tractabit, & cum ad vtrumq; ſit Venerem procliuis, otioſa verba, inania, atq; obſcena proferet; cuius linea tortuoſa, indirecta, ac in plura ſeiucta fruſta cedet.

Si Virgo ſe prætulerit Aſcendentem, mulieribus fore amandum natum exhibebit, & ex eis commodum excepturum, modeſtum deſuper, amabilem, ciuilem, & forma præſtanti; cuius linea recta cernetur, profunda, & ſine infectione fucata.

Si Libra ſe obtulerit Aſcendentem, lætum, feſtiuumq; enunciabit natum, aſpectu ſpecioſo, & proportionato corpore, optima iucundabitur fortuna, exoptata conſequetur, & flamma erit ſemper incenſus amoris; cuius linea oppido recta, rubicunda, atq; profunda lucеſcet.

Si Scorpio præceſſerit Aſcendens, effrenatum, & in pueritia, & in iuuentute natam reſignabit, & ſcortis arctiſſimo vinculo conglutinatum, quare deformitate ſe ſatis obſtringet, & propterea ſemper cum vxore contendet, ſi habuerit. Hi enim percuſſores, vt plurimum ſunt, & cęteros ſolent cauſa mulierum afficere damnis; quorum linea retorta, & in plura diſiuncta fruſta, morabitur

Si Saggittarius cum ea anteceſſerit Horoſcopus, ex mulieribus natum, & Eccleſiaſticis

bo-

bona possessurum spondebit, modestum, quoq; ac optimis institutis, corpore delectabili, & proportionato, & liberalem amplius, sed permagnis cum propinquis iurgijs iurgabit, cuius linea recta, & nulla affecta interpellatione egredietur.

Si Capricornus præiuerit Ascendens, fœlicem affert natum, & mulierum, & Ecclesiasticorum causa, comparaturum opes, modestia præterea, ac laude, & probitate dignum, & cũ affinibus litigijs disceptaturum; cuius linea recta, sed aliqualiter obliqua consistet, hæ autem lineę minimè deberent inferre molestias, quoniam ex innumeris, quas obseruauimus, pleramq; partem reperimus maximę esse existimationis.

Si Aquarius se præstiterit Ascendentem, natum tùm in pueritia, tùm in iuuentute, luxu in omni sexu qblimatum statuet, cuius vxor citius vita secedet; & linea seiuncta, ac indirecta dispicietur, & iuxta nasi principium inflexa tantisper.

Tandem si Piscis sese præbebit Horoscopum, perdiuitem natum sanciet, cuius quidem diuitiæ, & vtilitates è mulieribus fluent, quem insuper Præsules percolent, & commodum, & dignitatem ei conferent, perbelllis erit formatus membris, & pusillo magisq; corpore magno; eius linea valdè recta detegetur, profunda, ac tincta colore, & sine intercisione.

De

De Solis hora dominio. Cap.6.

SI Sol primæ insederit horæ,& Aries Ascendens, hæpatario natum affligabit morbo, & impensè adustum, siue calidum; & siccum parturiet,tamen fœlici sorte donandum, & in re præcipuè familiari; cuius linea recta, profunda,ac optime frequens rutilabit.

Si Taurus cum illo assederit ascendens, somniorum explanatorem;& rerum similium, ac abditarum inquisitorem natum eliciet, ad itinera prouum,peregrinaq; ora meantem; cuius linea recta enitescet, sed obliqua in frontis angulis,idest, elata in altero, in altero inclinata.

Si Gemini sibi compegerit Horoscopum,in mercibus,& itineribus natum fœlicitate vallabit;& doctum amplius,ac scientiarum amatorem efficiat;& quando Sol,cum tali reperitur Ascendente,ambas recta,& priuatim suam digerit lineas.

Si Cancrum Horoscopum sibi comitem adhibuerit,stomachi languoribus,oculorum, ne debilitatum deferet natum, varijs se commissurum vijs, & aquarum discrimina experturum; cuius linea retorta, & pluresin partes intercepta nonnullis cum fossulis delineabitur.

Si Leoni fuerit innixus Ascendenti,iustum, & perfectum acciet natum, ac fratribus dilectum,

ctum,quibus maximo erit solamini, & in Ecclesia fœlicissima fortuna lætetur;cuius lineæ irretorta,profundaue dilucescet.

Si Virgo eminuerit Ascendens,item æquū, & absolutum natum emittet, & in sinistra coxa signatum,aspectu gratissimo,ae litteris eruditum,cum linea recta,sed breuis non nihil.

Si Libra se exposuerit Ascendentem, optimum scripturarum indagatorem natum renūciabit, multaq; latenter conficientem, & nemini vnq; reuelantem, varia quoq; & honorum causa,& officiorum,atq; dignitatuum itinera aggressurum; cuius linea recta, & ab intercisione procul, sed non profunda multum patefiet, qua propter tum mulierum,tum do minorum perfungetur gratia.

Si Scorpio concesserit Ascendens, affectionibus natum adiudicat,infirmum, ac hæpate offensum,scabie præterea,læpra, & similium genere malorum extuantem,cuius parēti tur pem eminatur necem;eiusq; linea interrupta, & in plura frusta discreta instar mediæ Lunæ prospectabitur.

Si Saggittarium sibi apprehenderit Ascendentem,Ecclesiæ natum præficiet,& primum in genere suo,gradibus desuper,honoribus, & officijs,atq; dignitatibus illustrabit, fortem in concubitu,quo cum metipsis vtetur affinibus; cuius linea ex parte vndosa,& aliqua cum fossula palam fiet.

Si

Si Capricornum assumpserit Ascendentem, Ecclesiasticum natum aduocabit, & magnis decorandum dignitatibus, semperq; optimū, atq; fortunatum, qui cum libidine vehementer extumescat, ipsis copulabitur propinquis; cuius linea, illius, quæ Saggittarij est; vitem tenet, & à tempore ad tempus ad arcus modum obtendetur amplius.

Si Aquarium Ascendentem attraxerit, perfecta natum excitat natura, iustum, optimis institutis, cunctisq; humanum, quare bene de se audiet, & eius linea recta, assidua, pincta colore, non autem nimium profunda existimabitur.

Si Piscem præterea supputauerit Horoscopum, magnum, ex dignitate, & prælatura natum vehet, quibus, & suam ipse perlustrabit progeniem, ingenuis profecto erit facinoribus, tamen salacitate spurcatus, omni enim genere mulierum coinquinabitur, quarum causa fascinationis discrimē perpeti quibit, cuius linea recta, ac vltra modum profunda innotescet.

De

De Martis horæ dominio, Cap. 7.

QVando Mars primæ præfecerit horæ, & Aries ascendens, militem, & exercitium ductorem natum præsignat, ac ipsius natura Martis, ex quo in iussione audax, & imperiosus dehiscet; cuius linea recta, per compta colore, tensa, ac infectionis expers consurget.

Si Taurus Ascendens interbitauerit, nimiæ natum lasciuiæ, & incestuositatis infamia flagrantem palescet, siquidem cui mulieri nubet, prius cognouerit, quamplura ex falsitate cùm damna, tùm proditiones degustabit, & hæc vt plurimum propter mulieres; cuius linea intercisa, ac in plura seiuncta frusta, & de color prærumpet, ac instar arcuum, siue mediæ Lunæ demeabit.

Si Gemini interuenerit Horoscopus, ad desidiam, & incuriam natum inflectet, immò prauum, ac dolosum, & illicita, atq; inhonesta sibi lucra coaceruantem, multa quoq; depranatè, & calamo signante consumantem, hacuè de causa iustitiæ sententiam subiturum, depromet; cuius linea ad instar duorum arcuum deorsum arcuum demeātium bifidata dirumpet.

Si Cancer secum coiuerit Ascendens, permagni natum relinquet ingenij, profundioris intellectus, & occultorum inuestigatorem, audentem insuper, ac imperiosum, qui, vt alijs displiceat, maleficia conficiat atq; abdita

quoq; oculorum, cęterorumq; membrorum valetudine impedietur, bona materna dissipabit, plurimo languore angetur, & repentino casui subiacebit; cuius linea diuersimodè discriminata erumpet.

Si Leonem secum proritauerit Ascendentē, tanta natum polluet libidine, vt proprijs se commiscebit consanguineis; ex amore conducet vxorem, damna experietur, atq; infamiam, vulnus accipiet, & priuatim incapite, cuius linea tortuosa, ac retorto exorietur.

Si Virgo se Ascendentem præbuerit, præclari, ac ingenui natum prærordinabit fore animi, cunctis apprime carum, bono à natura instruendū ingenio, ac virtutibus, armis equisq; delectaturum, viuacem pręterea, & in tractando audacem; cuius linea recta, colore perpolita, profunda, & exclusa incisione resurget.

Si Libra illi se Horoscopum adiunxerit, incestuosum, & luxuria fœdatum natum annuet, cuius corporis constitutio calida erit, ferro subibit periculum sauciari, aduratur quoq; & molestia officietur causa mulierum; linea vero retorta, nec multum perfunda, sed plurimis secta intercisionibus ex medio illam diuidentibus propalabitur.

Si Scorpio se Horoscopum interposuerit, ad bellum natum incitabit, in quo se strenuè, ac generosè geret, quem delectabunt equi, rigido tamen erit aspectu, eiusq; linea recta, sine inter-

tercisione, ac breuis magisq; prolixa.

Si Saggittarium sibi Horoscopum obsignauerit, animi natum nobilitate comet, ingenio eleuato, ac dominorum dilectione, nec non agminum ductorem faciet, scripturarum inuestigatorem, numerorum scitia oblectaturũ, atq; Geometram, cuius linea irretorta, absq; interscctione, non adeò profunda, sed exilis assurget.

Si Capricornus occurrerit Horoscopus, excelso natum diffamabit animo, & magnis acceptum principibus, copiarum ducem, ingenio perbello, bona sorte dotatum, vanis attamen atq; strauagantibus se implicabit scientijs, cuius linea recta, parum profunda, sed cõtexta colore obrumpet.

Si Aquarium sibi Ascendentem aptauerit, audaciæ, ac temeritatis nota, natum signabit, furentem prætereà, ac primi motus, cuius germani frens natu maiores suos obibunt dies, eiusq; linea retorta, obliqua, & intercepta visetur.

Si Piscem in Horoscopum sibi attexuerit, deformes destinabit natum habere oculos, maleuolum prætereà, sed pergratum Dominis, quorum non mediocri perfruetur commodo, eiusq; fortuna inter nobiles magis, quæ plebeios ei propitia erit, & in itineribus non nunquam fœcunda; cuius linea irretorta, aliqualiter profunda, sed breuis, ac tenuior quàm alias fluet.

 De

De Iouis dominio. Cap. 8.

CVm Iuppiter primæ extiterit horæ possessor,& Aries Ascendens,ad nati voluntatem rescuctę procedent,& id causa amicorum, qui reges nempè, ac potentes Domini erunt,præterea phalãguum eligetur Princeps, eritq; perconcinnus,aspectu formoso,cum recta linea,& aucta colore.

Si Taurus innotuerit Ascendens, lepidum edet natum, qui quidem cum Dominis versabitur,& viris primarijs,è quibus optimaquęq; hauriet, & cum mulieribus, & Ecclesiasticis suarum status rerum tranquillus erit, ac pulchris formatus membris, cuius linea recta, profunda,raseo colore,& sectione vacua prorumpet.

Si Gemini illi se in Horoscopum congmentauerit, ad exercendas mercaturas natum prædestinabit, fide non ambigua,florenti incomparandis fortuna bonis, & longa petentē itinera,cum irretorta linea, profunda, & fusa colore,at non per totam extensa frontem.

Si Gancer permanauerit Ascendens, Senatoribus coniunctissimum concedet familiaritate natum,atq; magnatibus,& varias,& estricas pessundantem regiones, festiuo, ac hilari vultu;cuius linea recta,rubificata, ab interpellatione soluta,& à tempore ad tempus distensa germinabit.

Si

Si Leonem sibi apposuerit Ascendentem, arctissima Dominis necessitudine fore adstringendum natum asseret, à quibus emolumentum non mediocre, nec vulgaret extrahet diuitias, & mulierum quoq; copia florebit; cuius linea irretorta, omni prorsus interceptione fugata, non multum autem profunda excutietur.

Si Virginem annexuerit sibi Horoscopum, sapientia natum, honestate, doctrina, ingenioq; præstanti perornabit, & propter ingenij sui egregias suauitates ab omnibus venerandum, ac honore afficiendum, cuius linea tenuis tantisper, recta tamen, & procul ab incisione liquebit.

Si Libra illum fuerit Ascendens prosequuta, tractabilem natum educet, & nobilibus, ac Illustribus viris assiduo vsu obstringendum, quorum fructuosa erit ei consuetudo, & præclaris proporrò, ac formosis pergratum mulieribus; cuius linea lata, profundissima, & ab infractione innoxia contuetur.

Si Scorpio instabit Ascendens, adeò fœlicissima nato forruna superelerit, vt amplius nihil exoptet, & in nobilium, ac magnorum virorū familiaritatem se satis insinuabit, exercituum quoq; transductor erit, atq; iucundis, & proportionatis membris, cuius linea recta, intercisione carens, sed non frequens conspicabitur.

Si Saggittarius fuerit Ascendens cum illo sociatus, opibus exuberantem natum prætendet, & summa apud omnes obseruantia, ab heroibus magnificandus, ac pone Principes, Dominosq; valiturum; cuius linea acuminata, rubicunda, tersa interceptione, longa, profunda, ac recta multum aduertetur.

Si Capricornus intrauerit Horoscopus, fortunæ bonis maxime fore opimum annunciabit natum, honestum, modestum, intelligentē, in versando iucundum, & cum Dominis potētem; cuius linea recta, & exilis, sed squallida paulisper videbitur.

Si Aquarius coiuerit Ascendens, animo iacentem natum gestabit, perditis, ac pessimis cogitationibus, auctum facultate, sed auaritiæ nota flagrantem, ab humanitate alienum, & ingrati animi; cuius linea recta, in tribus tamē frustis ex medio discreta excrescet.

Si Piscem postremo sibi ascripserit Horoscopum, penès potentes, & strenuos summopere florētem natum geret, cui à magnatibus, & priuatim præsulibus plurimum tribuetur, & magis, atq; magis ab externis, quæ amicis, & propinquis, ac multum cum inuidis sibi impēdet negotij; cuius linea irretorta, profunda, ac intercisione nitida vernabit.

De

De Saturni hora dominio. Cap. 9.

SAturno domino horæ, & Ariete Horoſcopo, inominatus inducetur natus, corde inclementi, impius, iracundus, illætabilis, atq; cogitabundus, cuius linea ad modum arcus, & in plura ſecta fruſta deprehendetur.

Si Taurus adrepſerit Aſcendens, incredulũ fore natum afferet, qui inopes, & contemptas adamabit mulieres, ob quas magnis afficietur damnis, vitioq; vertetur, ac effectum præ libidine, & crapula corpus ſenectuti tradet; loquax inſuper atq; verſipellis; cuius linea indirecta, obliqua, ac in multas diſcreta partes, comprehendetur.

Si Gemini ſibi Aſcendentem adſtituerit, egregij natum inuehet ingenij, & in cunctis natum facultatibus, tardi tamen motus, qui quippè condita multa molietur, & ob id, non vulgare feret incommodum, homicidij; ſe obſtinget, inuidia diſrumpetur, & aliquando damnabitur remotus à culpa, cuius quod linea maxime ſecta atq; ſeiuncta obtuetur.

Si Cancrum ſibi ſuum præſtruerit Horoſcopum, natum incredibilet opprimet morbis, cuius mater, vel pater naturali poſſet exitu vitã propediem concludere, ipſeq; maximis iactari curis, ac acerbitatibus, & maternæ timebit tranſmiſſionem rei, ſiniſtri oculi valetudine

im-

impedietur,& eius linea retorta,breuis, interſecta aliquibuſcum foſſulis,ſemperq; decolorata contuetur.

Si Leonem aduocauerit Aſcendentem, parum pietatis, minoriſq; fidei natum arceſſet, qui mulieribus longe miſerrimis, ac infimæ conditionis beneuolentiam prẹſtabit,quarum cauſa cùm damnis tùm infamijs detrahetur, & ex ſuperfluo concubitu, nimiaq; crapula fiet imbecillis;cuius linea in plura fruſta ſeiuncta, & in medio vacua, ſed tantum lateribus quid inciſæ lineæ colligetur.

Si Virginem ſecum vectauerit Aſcendentẽ, grauem,& certam,fidelem,ac veneratum procreabit natum,cum potentatibus aget, & linguam non nihil infando præpeditam habebit, cuius linea irretorta,non inciſa,ſed nec oblonga nimium neq; profunda nitebit.

Si Libram ſibi Horoſcopum præſtituerit, incredulum natum proliciet, & abiectarum capietur amore mulierum, ob quas dedecus, ac damna ſibi congregabit, plurimis ex nimio complexu,& edacitate vexabitur morbis; cuius linea indirecta,vndoſa,ac vndiq; ſecta indicabitur.

Si Scorpionem accerſiuerit Horoſcopum, ſæucam,prauum,peruerſum,ac iniurium natũ proſtituet,peſſimæ conditionis, cum proximo ſemper immitem,& inclementem, cuius linea retorta,& conciſa,inſtar mediæ Lunæ demẽ-

tis

tis propalabitur.

Si Saggitarium Horoscopum efflagitauerit, decoro natum formabit aspectu, membrisq; concinnis, iustum præterea, timentem, fidelem, non loquacem, sed exigui animi atq; verecundum; cuius linea licet recta, multum tamē breuis, nam in medio frontis ni quarta consuetæ suæ longitudinis, discernetur pars, quæ magnæ planè erit profunditatis.

Si Capricornum poposcerit Horoscopum, ad regum, magnatumq; natum eriget familiaritatem, instructum diuitijs, veneratum, sapientem, modestum, ac plurimæ doctrinæ, superbū attamen, atq; callidum; cuius linea recta, sed curua, & nulla præpedita perfectione spectabitur.

Si Aquarium secum degererit Horoscopū, opes nato aggeret, & nobilium, ac potentium amicitias, qui grandi quippè auctoritate, sapientia quoq; modestia, bonone ingenio pollebit, cuius natu maior, & in studijs, & fortunæ bonis, firmior alijs erit, eiusq; linea recta per totum pertensa, parum profunda, ac exilis inspicietur.

Si Piscem aliquando postulauerit Ascendentem, præstanti forma, aspectuq; iucundo natum effundet, optimè consulentem, maximè veneratum, atq; probum, cuius linea quamuis recta, tamen bipartita in medio, & in infernam magis, quæ in supernam frontem declina-

nabit. Et hoc sat ad 12. Zodiaci signorum propensionem.

De uniuscuiusq; diurni, ac nocturni Planetæ dominio. Cap. 10.

PEracto demum de domo, & corrĕspondē-tia cuiusq; Planetæ cum suo Ascendente, opere pretium esse duximus, hoc in sequenti capite, de quam habent tàm in die, quã in nocte, inclinatione agere, & omnium Planetarũ cum inclinationis effectibus, horas, explanare sic in morbis, sicuè accidentibus, quibus hæc cęlestia corpora, tanquam causæ secundæ hominem supponunt, non tamen vim habentia super illius arbitrio, cum sit liber, & simplici tamen inflexione, & non necessitate, cœlorum stellarumq; subiaceat influentijs: Et propterea quod hoc in tractatulo dixerimus, ad otium traducendus erit, & studiosos quoq; incertioribus scientijs laborantes refocillandos; tametsi omnia diuinæ deferimus bonitati, quæ malas à nobis repellere dignetur propensiones, & æternæ vitæ bona concedere.

De dominio Lunæ in horis diurnis.

CVm igitur homo horis nascetur Lunæ diurnis, his sequentibus suæ ætatis annis, ægritudines patietur, angustias, ac vexationes, an-

anno v3.5.6.13.21.22.23.40.50.62.68.81.88. & 89.sed(vt id rectè fiat) cuiusnam sit Planetæ linearum inspectetur situatio,in hoc enim omnia sunt,per illas autem, & vt supra Ascendẽtium prẹsidio,prædominans obijcitur Planeta.

Si in nocturnis, occurrent accidentia anno 1.9.20.28.30.31.34.44.60.61.76.84.95. & mensibus.

De Mercurÿ horarum dominio.

TErdecim in diurnis dat Mercurius accidentia nato primum,duos circiter annos, reliqua verò, 4.13.19.31.40 49.50.59.66.67.79.83.mensibus diebusq.

Duodecim autem in nocturnis, anno scilicèt 9.18.19.28.29.36.43.51.58.72.84.93. & diebus.

De Veneris dominio.

QVatuordecim diurnis, Venus discriminosis natum exagitat accidentibus,primo quidem anno secundo .cẹteris, 3.11.18.31.38.39.47.48.50.57 58.66. 77. 88. mensibus atq; diebus.

Et quindecim nocturnis item periculosis à anno 7.8,16.17.26.27.35.41.42.50.57.70.71. 77.82.& diebus.

De

De Solis dominio.

SOl treſdecim diurnis horis tribuit naſcituro euentus, primum ſiquidem anno primo, ſequentia vero 5.10.18.29.37.46.54.55. 65.76.85.93.ac menſibus.

Nocturnis autem duodecim, anno 6. primum, dein, 15.25.34.40.49.57.69.81.90.100. menſibus, & diebus.

De Martis dominio.

CAſibus duodecim Mars natum vexat in diurnis, anno 10.16.17.27.28.36.44.45. 52.62.85.91. menſibus, ac diebus. Iterum commonentes has prædominantium lucubrationes horarum, non niſi magno eſſe miſterio factas, ac propterea minutatim obſeruandam lineam, ſituationem, ac potiſſimam horam; etenim hæc ſunt quibus enixè vtebantur, auſpicia, priſci.

Et in nocturnis quindecim, 5.13.14.23.24. 33.49.55.56.66.67.80.88.89.99. menſibus diebuſq.

De dominio Iouis.

QVindecim in diurnis natum Iuppiter angit periculoſis telis, 8.9.15.25.26.34.35.

43.

43. 52.63.70.71.72.81.84.ac diebus.

Et quatuordecim in nocturnis,3.4.12.21.23 39.47.48.54.65.78.79. 87. mensibus, & diebus.

De Saturni dominio.

DVodecim notabilibus nascentem præmit Saturnus euentibus in diurnis, 7. vltimo anno,14,23.24.33.41.51.63.69.82.89.98.mẽsibus,ac diebus.

In nocturnis vero vndecim,2.10.20.32.38. 46.53. 62. 77. 85. 95. mensibusq; diebusq; Et hæc satis ad cuiusq; dominantis Planetæ significatus,tàm in nocturnis, quã diurnis horis, & ad sequentium praxim imaginum in quibus sunt dignoscendæ delineatæ lineæ, transeamus.

Fi-



FIGVRA I.

Septem puncta, quæ nos in fronte ſignauimus noſter fuit labor cauſa facilitandi 7. Planetarum ſituationes; primo, quòd incipit à principio naſi, Lunæ eſt ſituatio; ſecundum Mercurij; 3. Veneris, 4. Solis, 5. Martis, 6. Iouis, & 7. Saturni, & cum ſit in huius primæ lineæ ſignificatis, quæ eſt in Lunæ prædominio. Hoc ponamus exemplum.

Si linea interrupta erit in ſuo principio, hoc eſt in primis duobus annis lunaris curſus, accidentia, quæ indicare poſſet, inueniendi gratia, cronicatorum generaliter tabulas inſtituimus, & poſito, quòd in 2. anno dirumperetur, vt dixi, videtur, quòd in illis diei tempore naſcentibus, cronicator eſt Sol; & in 1. anno 5. menſes, & 5. dies, quòd ideò dicitur circa ſecun-

cundum annum. Sol in hoc tempore indicauerit sanguinis ebulitionem, & eo modo, quo impedimentum inuenietis, sic, quòd potest cronicator Planeta influere coniecturabitis. Hanc primam diligenter diuidatis lineam per 17. annos, vnum mensem, & 22. dies; & inuenietis, quòd vbi cadit diruptio, in illo tempore prædominas cronicator dominat magis vero, minusuè accidentia inspicietur, à maiori, vel minori linearum apparentia, quæ intrinsecantur. Non, in obliuionem mandetis cognitionem illam ortus, si nocturna, aut diurna fuit nam cum de hoc, certi facti non estis, vestra est fallibilis coniecturatio. Posito, quòd diruptio, quæ est in lunaris lineæ principio, quæ diei tempore nascentibus sanguinis ebullitionem tribuit, & illis, qui noctis tempore nati fuissent circa 16. & 17. annum indicasset morbum Gallicum, & si in principio illorum, qui die nati sunt, Sol fuit cronicator; nocte nascẽtium, Saturnus, & Venus cronicatores erunt, & cum hoc modo faciatis, tutiores eritis, quod non fallent coniecturationes vestræ.

Necessarium etiam est, vt quid essentiale, veram scire Planetarum situationum, & ab illis prædominatas lineas.

Caueatis vos, nè vnam pro altera assumatis lineam, nam vt linea in situatione cadat necesse est; & vt iuxte habeatur, commensurari debet frons, quantę altitudinis sit, quę à nasi prin-

cipio sumitur, vsquè ad partem infra capillos, & tota percepta altitudine in septem partes diuidetur. De hac commensuratione, pertractatum fuit in primo libro, & ideo vlterius progredimur, & dicemus, quòd vt plurimum vna apparebit linea, & pro duo habetur, & hæ (vt sæpè alijs in locis dixi) non sunt lineæ principales, sed illarum sorores.

Ponamus, quòd in aliqua hominis fronte, tres appareant lineę, & illæ E. G. in duobus solis planetis collacatis, vna erit in Veneris situatione, altera in situatione Mercurij, vt videtis in supposita figura.

Fi-



FIGVRA III.

ET concesso; quòd hæ tres lineæ in huiusmodi forma apparerent, dicetur, quòd Veneris sit simplex, & illa Mercurij sit cum sorore, & cum ita apparebunt, coniecturari poterit, quòd in tempore suæ conceptionis, planeta illę, qui habet duas lineas in vna situatione, sit casus, & omnimodè peregrinus aspectuum, & dignitatum, sed cùm in domo propria

pria sunt, non huiusmodi apparent lineæ, in dignitate, & angulis, & in eorum gaudijs; vt nó erremus, debemus mensurare frontem compassu, & inspicere, nè homo caluus sit capitis, ad hoc, vt non pertranseamus altitudinem, magis quam natura illam cõstituit, & si caluus esset homo, ne in errorem incidamus hoc modo fiet; corporis vtimini simetria, & præcipuè faciei, quæ in tres diuiditur partes; primo à super cilijs, vsq; ad partem infra capillos; secundo à supercilijs vsq; ad cuspidem nasi; terrio à cuspide nasi, vsq; ad finem menti, & quæuis duarum mensurarum, mensuratur tertio, idest à supercilijs nasu, & à naso ad mentum; & hoc etiam intelligi debet, quando homo est iuxtæ simetriæ, nam posito nanus esset, aut ab alijs impeditus accidentibus, hac nostra regula vti non possemus, & cum iuxtam habuissetis frontis altitudinem, per septima situationes diuidetis, & in situatione illa, in qua inuenietis illas duas lineas, vt in tertia figura dictum est, sorores esse dinacis. Indicationes, & mensuræ; solum in principalibus lineis, & non in sorores fiunt; quando accidet, quòd duæ erunt sorores, formatior pro principali assumi debet; & posito, quòd inter lineam Martis, & Iouis lineuscula appareret, & illa magis ad lineam Iouis, quam Martis accederet, poterit libere dici, sororem esse Iouis; & hoc totum, quòd de his duabus lineis dictum est, de qualibet alia di-

cenda intelligendum eſt.

Tantum ratio eſt illa, quæ ſuper omnia facit, vt libero diſcurſu homo diſcurrat, vt ſi in hominis fronte elucéſcrerent tres illæ lineæ principales ſeptem Planetarum, vt multoties obſeruaui; & has ſemper in ſenibus hominibus inſpexi, ſed nunquam omnes vnius rectitudinis.

Alias poſtea obſeruaui plus, quam ſeptima lineas, & illæ aliud non ſunt, quam (vt dixi) ſorores illarum linearum, & cum ita apparent, poſſunt miſeriæ, paupertateſq; conſiderari.

Alias hæ lineæ; longæ, breues, & tortuoſæ apparent, & non ab alio, quam a cęlorum configuratione hoc cauſatur, quam tempore eorum conceptionis, & ſi Antiqui dixerunt, lineas apparentes in tribus locis topicis corporis, tempore reſpirationis formabantur? ſum ille ego, qui ab eis omnia expetita venia temporis enſe reſpondeo, & ſcudo, experientiæ, tempore longeua obſeruantia, & experientia, & quòd ſæpè vidimus in abortis, & quòd in die videtur, quòd cum vix embrio formam ſumpſit, in frontis lineæ inſpiciuntur, in manibus, & plantis; & ſi antiqui hoc obſaruaſſent, & tempus, accidentia, cum principio conceptionis ponderaſſent, non pro certo habuiſſent, neq; affirmaſſent, quòd lineæ in reſpirationis tempore formabantur, & dixerunt.

Reſpiratio, vt ſcimus eſt, cum ægreditur è vte-

vtero matris; & hoc si obseruassent, mecum dicerent, illas non aliter in respiratione formari, sed eodem in conceptionis tépore, & quòd verum illud, sit principium linearum formationis, multoties vobis experientia clarum feci; & præcipuè, vt dixi, cum abortus acciderunt, in tribus linearis locis corporis obseruaui, & omnibus tribus, naturæ secreta reperij. Rectè puto, per hoc Tolomeum dixisse dupli ci modo deberi hominis ortus considerari; primo in conceptionis tempore; secundo in tẽpore respirationis, & non sine causa fuit, quia cęli bonus fuit obseruator, & vt talis à natura principium resumpsit.

Clarum est, quòd à linearum apparentia, bonarum, aut malarum cęlorum coniecturamus aspectus, quia à cęlis illæ ortum ducunt in nostris corporibus, & in quo tempore? in tempore conceptionis, nam vt sublunaria corpora influunt in nos cęli lineas illas, ratione inferioris partis in configuratione illa in qua configurantur stellæ inter se; in eadem illa forma imprimuntur lineæ.

Curioso lectori volenti verum esset obseruatorem harum laborum nostrarum, necesse est, vt sit homo valdè peritus, & quòd inter alia bonam cognitionem habeat non solum cęlorum cursuum, sed etiam naturæ, & proprietatis linearum, & eius prædominantis Planeta scire debet, nam si non nunquam accideret, vt

 vnam

vnam ſituationem, aut lineam pro alia ſumeremus, nullius rationis, & coniecturatio, & homo ſucceſſus prædicens pro falſo, & mendaci haberetur; & ſi e. g. linea aliqua appareret in Veneris ſituatione, & illa amorem indicaſſet, & loco illius Veneris, illam Solis ſumeretis, certum eſſet, quod minimè coniecturatio correſponderet, quia Sol dignitatem, & exaltationem indicat, & Venus (vt dictum eſt) amorem, quòd eſſet vnum, alteri contradicere; verum nè in hoc lapſum faciatis, benè poſſideatis ſituationes, & ſic vos certos facio, nunquã in errorem incidere poſſe.

Et cum veram habuiſſetis ſituationem, in illa adeſt linea recta, longa, & profunda, & cum linea in ſe ipſa habebit has bonas omnes qualitates, quartam debetis conſiderare apparitionem, & ſi linea colore eſt affecta, & cum quartam inſpiciatis perfectionem; res valdè bonas coniecturare poteſtis; primo fortem eſſe complexionem; ſecundo exaltationes; tertio feliciſſimi caſus; & ſi è contrario, interrupta, breuis, & capillaris, poſſet indicare homini debilitatem, ſeruitutem, infortunia, & malos euẽtus.

Si intrinſecata eſſet, perſecutiones, & repentinam mortem afferre poſſet.

Si linea longa eſſet ab vna ad alteram templam, vitæ longitudinem, coniecturari poſſetis ſi breuis; vitam breuem, ſi tortuoſa inſtar maris vnda; anguſtias, & tribulationes, ſi curua, miſe-

rias;

rias;si profunda bonum ingenium,si capillaris, diuitias; si raras,bonam fortunam,super flua quantitas,miserias,& instabilitates,& iuxta lineæ apparitionem,in situatione Planeti in qua reperitur,ita ætas, tempus,& euentus considerari possunt.

Animaduertere debemus linearum apparitiones, & situationes, quia iuxta Astrologorū considerationem, Iouis debet considerari, & obseruari in signo Granci,& cum in tali signo Iouis collocatus fuerit,Iouialis linea cum omnibus necessarijs requisitis apparebit;vt sunt illa requisita,quæ bonæ & apparenti lineæ conueniunt, & si Iuppiter non esset in Grance sua exaltatio,& in medio cęli esset,etiam eiusdem apparitionis elucesceret; totum id,quòd de loui dictum est, de qualibet apparenti situatione intelligendum est.

De Situatione Lunæ. Cap.2.

QVando longa, recta, & sine vllo impedimento erit Lunæ linea aliorum linearū, aut ramusculorum,qui impeditēt dictam lineam; hominem reddit pulcri, & grati aspectus,facit eum amabilem,discretum,& proportionatorum membrorum; beneficus erit, & magna ex parte flegmaticus, & in tractando, valdè delectabilis, & honestus erit; & semper his propter eorum bonas qualitates promit-



FIGVRA IV.

E Contra erit, quando indirecta lunaris linea erit, & in plures partes diuisa, vt videtur in subscripta figura.

minatus,& vitijs deditus,malisque moribus. Verum si diurna fuisset natiuitas, debet linea dexteræ partis mensurari, vt multoties dictum est; Et si prima, quæ incipit à principio templæ dexteræ,quòd erit in primo anno ætatis suæ,considerari poterit,quòd ab aliquo fuit vexatus accidente,]& erit focosus morbus, cũ descensis in oculis, & hoc fuit quia in primo anno ætatis suæ fuit ei Sol,Cronicator,& cronicatio hæc durauit vno anno, quinque menses, & quinque dies, vt supra dictum est, & si plus versus sinistram partem erit, dicetur versus duos annos.

Et si vbi finem facit linea disruptio erit in prima disruptione, coniecturari poterit fuisse circa quartum annum ætatis suæ, & quòd in illo tempore dedit ei casus quoddam accidẽs; Sol, & Mercurius fuerunt Cronicatores, & si erit circa disruptionem medij, dicentis fuisse circa nonum annum ætatis suæ, & quòd infirmitatem cum periculo in illo tempore habuit, & quòd Sol, et Iuppiter Cronicatores fuere illius temporis, idest, octauo anno 6. mensibus, et 26. dies ætatis suę.

Si disruptio esset circa duas lineæ tertias partes, circa 12. annum ætatis suæ accidens fuisse euentum putatur; et fuit causatum a sanguinis maculatione. Videas illius temporis cronicatorem,qui Venus fuit, et fuit in 11. anno vno mense,et 22. dies.

Et

Et si ulterius erit, in quarta disruptione; circa 13. annum, et 14. ætatis suæ accidens accidisse perpendimus, fuitquè per apostemata, et per sanguinis corruptionem. Illius temporis cronicatores.

Venus, et Luna fuere, in 13. anno, quinquè menses, et 4. dies eorum fuit dominium.

Et disruptio, in fine lineæ esset, hoc est in principio sinistræ templæ; circa 17. annum fuisse coniecturabitur, et haberi poterit infirmitatem magnam æuenisse, aut æueniendam esse mentis affectibus, causa mulierum. Illius temporis cronicatores Venus fuere, et Mars; qui in annis 16. 10. mense, et 11. dies in dominio dominarunt.

Tabula cronicatorum Lunæ in diei dominio.				*Tabula Lunæ cronicatorum in noctis dominio.*			
cron.	anni,	menses,	dies	cron.	anni,	menses,	dies
sol	1	5	5	luna	1	3	13
sol, ven.	2	10	9	lun. sat.	2	6	26
sol, mer.	4	3	13	lun. iou.	3	10	9
sol, lun.	5	8	17	lun. mar.	5	1	22
sol, sat.	7	1	22	lun. sol	6	5	5
sol, iou.	8	6	26	lun. ven.	7	8	18
sol, mar.	10	0	0	lun. mer.	9	0	0
vener.	11	2	22	satur.	10	6	26
ven. mer.	12	3	13	sat. iou.	12	1	22
ven. lun.	13	5	4	sat. mar.	13	8	18
ven. sat.	14	6	26	sat. sol.	15	3	14
ven. iou.	15	8	17	sat. ven.	16	10	9
ven. mar.	16	10	9				

QVanto magis, discontinuata erit linea lunaris, et interrupta, tanto magis subposita erit indicatiuis accidentibus: vos memoriæ mandetis; et quamuis in aliquibus determinatis locis de cronicatoribus simus loquuti, non per hoc æuenire non possunt, in qualibet dictę lineę parte.

Cum accidet, quod in 5. sextis lineę esset dis-

rn.

ruptio, aut intrinsecatio, vos ad cronicatores progredimini, et si diurna fuit natiuitas queratis, in diurna tabula, et inuenietis in 14. anno, 6. menses, & 26. dies, Veneres, & Saturnum esse cronicatores. Semper hi duo Planetæ, infectos afferunt morbos, & si nocturna fuisset, in tabula noctis quæratis, & inuenietis 15. annos, 3. menses, & 14. dies, & in hac Saturnum inuenietis cronicatorem, & Solem, & ideò infirmitates cum tertianis, & capitis affectibus considerare potestis. Primis his principijs, potest bonus lector vlterius progredi, & si in 3. quartis lineæ intrinsecaretur, dicetur, quòd illæ tres quartæ partes sunt 19. annos cum dimidio; si diei fuit; venus, & luna cronicatores fuere, & causa lasciuiarum pacimenta coniecturari possunt, & in anno 19. menses 5. & 4. dies; si noctis tempore, fuit in anno 13. menses 8. & 18. dies, & duo cronicatores Saturnus fuere cum Marte; & etiam dici potestis, tali in tempore vitæ periculo periclitasse ob violentem causam, & vt de his fecisti; de omnibus alijs sequentibus facere potestis; semper tamen Planetis habere rationem necesse est, qui cronicatores sunt, & præcipuè cuius nam sint naturæ, & sic coniecturabitis, cum lunaris linea erit interrupta, vt subdelineata inspicitis figura.

Fi-



FIGVRA VI.

PRo prima obseruatione, exaptè ramusculi, intrinsecantes prædictam lineam lunarem considerandi sunt, & præcipuè illos versus capillos ascendentes, ad quam vsq; situationem perueniunt, & si ad illam Mercurij attincerent, aut ad Veneris illam; & cum vbi illi determinantur vidistis, ibi punctum faciatis, nec vlteriorem attingatis partem; & si in situa-

ſituatione Mercurij eſſet poſſetis coniecturare, ſi dexterę prima intrinſecatio linea, ſituatio nemq; pertineceret Mercurij, quæ circa 15. ann. ætatis ſuæ fuit, & quod in capite ipſe cicatricē infinxit; Et ſi aſcenderet ad Veneris ſituationem in tali tempore, ex variolis periculum duxiſſe putatur; & cum intrinſecatio in tali loco eſſet, & nec Venerem, nec Mercurium inueniſſet; conſiderari poterit ſe ſolam offenſionem in tibijs, brachijsq; afferre. Si in medio intrinſecatio eſſet, accidens circa 8. ann. cum dimidio ætatis ſuæ fuiſſe coniecturari poterit, et oppilationis fuiſſe infirmitatem, et in illo tempore progenitores ſuos, perſecutionem paſſos eſſe, et etiam infortunia. Mars, et Sol cronicatores fuerunt.

Si intrinſecatio erit verſus ſiniſtram partem, vt in ſupracitata figura eſt dictum, accidens circa 14. ann. ſuæ ætatis fuiſſe coniecturari poterit, & quod in tali tempore mulierum cauſa habuiſſet vulnera, Venus fuere cum Luna cronicatores, & 13. anno, 5. menſes, & 4. dies cronicationis obtinuerunt dominium.

Igitur generaliter, lineæ omnes, rectæ eſſe debent, & ſuper omnia duo luminaria, nempè Solis, & Lunæ, nam hæ ſunt quæ totam corporis diſpoſitionem indicant, & ſi vitalium virtutum dominator eſt Sol, virtutum animalium dominatrix eſt Luna, in iecore reſidentium.

Tria in Lunæ linea inueniuntur, quæ præci-

puo-

puiora. Sunt rectitudo, longitudo cum profunditate. In Lunę rectitudine, Fortunæ bonum consideratur; in longitudine vitæ longum spatium, & discursus, ingenium, & speculatio in profunditate.

Contrarium erit quando Lunaris linea has tres omnes proportiones non seruauerit, quia infortunatus erit homo, vitæ breuis, & scemi, insaniq; intellecti.

Cum Lunæ dicta linea totaliter subtilis, & capillaris erit, potest coniecturari, ingenij obtusi futurum esse, & boni discursus.

Si curua erit; paupertas coniecturari poterit.

Verum si in prædicta Lunari linea aliqua circularis adesset figura, aut quadrangularis, aut cuiusuis mirabilis aspectus dici potestis, omnia hæc periculosa esse signa, malæq; inclinationis; sed quia de his signis pręcipuè discurremus in suis temporibus, hic huius capituli finem facio.

De Mercurij situatione. Cap. 3.

CVm Mercurij linea, benè multum posita erit, & tres suas seruabit perfectiones, .i. longitudo, latitudo, & profunditas, magni ingenij acuties cōsiderari posset sagacissimus erit, bonasq; seruabit doctrinas; verum quando in plures partes Mercurialis linea diuisa erit, vt in subscripta septima figura inspicitur.

FI-



FIGVRA VII.

Valdè rudem esse eius ingenium coniectu rari potest,& eius studia interrupta erũt, & omni tẽpore peruersa,& inimica erit ei Fortuna,ad diuersas infirmitatum species patiendas inclinabitur, & præcipuè illa in ætate,in qua interrumpuntur lineæ.

Mercurij dominium sequitur cum 17. ann. vno mense,& 22.diebus,& cum Luna pertransierit cum 17.ann.vno mense,& 22.diebus, & nunc

nunc in Mercurij annis estis, & videtur quòd prima disruptio in dextera parte in 5. anno Mercurij esse potest; sciatis, 5 vnire 17. Lunæ, & 22. annos esse inuenietis. In hoc gradum sistatis, & naturam sciatis accidentium; & dum hoc faciatis, cronicatorum tabulam Mercurij attendite in anno 22. qui nam cronicatores fuere? & quòd in 21. anno, 8. menses, & 17. dies, Mercurium, & Lunam cronicatores esse inuenietis; quæ à vobis coniecturatio fiet accidentium, negotiorum causa erit, & quòd illorum ratione, carceres fuit passus, & eius inimicorum persecutionem.

Si in tertia disruptione erit circa 28. annum ætatis suæ, & quòd in tali tempore habuit, aut habebit infirmitatem quandam, quæ causatur, aut causabitur viaticorum causa, & vitæ periculo; cronicatores Mercurius, & Mars fuerunt illius temporis, & quãto magis notabiles aderunt intrinsecationes in dicta linea, & mercuriales situationes, violentiores tanto aderunt indicationes.

Videantur cronicatorum tabulæ Mercurij, sic in die, vt in nocte.

Tabula cronicatorum Mercurij in dominio diei.				*Tabula cronicatorum Mercurij in noctis dominio*			
cron.	anni,	menses,	dies	cron.	anni,	menses,	dies
ven.sol,	18	0	0	sat.mer.	18	5	9
mer.	19	10	9	sat.lun.	20	0	0
mer.lun.	21	8	17	iou.	21	8	17
ven.sat.	23	6	26	iou.mar.	23	5	4
mer.iou.	25	5	4	iou.sol	25	1	22
ven.mar.	26	3	17	iou.ven.	26	10	8
mer.sol	29	1	22	iou.mer.	28	6	25
mer.ven.	31	0	0	iou.lun.	30	3	13
luna	32	3	13	iou.sat.	32	0	0
lun.sat.	33	6	26	mar.	33	0	0
lun.iou.	34	10	9	mar.sol.	34	0	0
				mar.ven.	35	0	0

ET si mercurialis linea erit fracta, tortuosa, aut intrinsecata, dici poterit, quòd ad maleficam naturam, mendacis, falsarij, & traditoris inclinabitur.

Cum malè formata prædicta linea erit in situatione sua, mala, & non bona est perpendenda res.

Primum quòd debet, in obseruatione linearum fieri, et ipsarum apparitionum consideratio

tio apud fermam, quam ipsæ retinent, & postea effectus illas iudicare potentis.

Dato, quòd linea, quæ obseruatur, recta sit, sed breuis, & à dextera frontis parte appareret, ortusq; eius diurnus fuisset poterit coniecturari, quòd diuitias possidebit ratione patris patrimonij, & quòd eum impendet, suas propter delectationes: si ortus erit nocturnus, & mercurialis linea breuis appareret à sinistra parte, eius patrimonium matris causa possidebit, & etiam in malum eum abijre faciet.

In dextera parte situationis Mercurij, sunt bona consideranda, quæ accidere possunt eius patris causa, & in sinistra illa matris.

Et si mercurialis linea, tantum in medio appareret, vt in duobus lateribus dictum est; coniecturabitis, quòd proprij ingenij causa, ei fortunæ bona peruenient, & quanto linea rectior, & perfectior profunda erit, tanto copiosior eius bonorum conquisitio erit.

Quando linea hæc, hac in forma elucescet, non solum in Mercurij situatione, verum in qualibet situatione frontis, dummodo in medio situentur, illis cum quæsitis supra dictis; semper bona fortunæ afferunt; & si in Lunæ situatione esset, ei bona peruenirent propter viaticos, & mercaturas; si in Veneris situatione esset; propter donationes, amicos, & mulieres, & præcipuè causa matrimonij.

Si in situatione Solis; propter padricinios

principum,& dominorum.

Si in situatione Martis; medijs hominibus martialibus,& per ignea exercitia.

Si in situatione Iouis;ob exclesiasticos, legistas,& diuitibus hominibus.

Si in situatione Saturni;agriculturæ,& terræ affictus causa.

Videatis infra figuram octauam, quæ generaliter omnes septima Planetarum situationes demonstrat.

Fi-



FIGVRA VIII.

ET cum Saturnina linea, totaliter integra erit, coniecturari poterit, longam possidere vitam, bonasq; habebit diuitias, sic seminatorum causa, vt etiam propter ædificia. Cum Mercurialis linea breuis à dextera parte erit, aut ab aliijs extrauagantibus lineis intrinsecabitur; quòd talis homo bona dissipans patris erit coniecturandum; & aliquando

bonorum cauſa,eius patris; & conſanguineorum erit percuſſor; ſubpoſitam nona figura proſpicite.



FIGVRA IX.

VErum ſi in medio intrinſecatio reſidet; hominem falſarium, ladronem, inſtrumentorum falſorum compoſitorem eſſe putabitis,& ob has cauſas à ſuis ſocijs in periculo erit conijciendus.

Et

Et si Lunæ linea corresponderet in illa forma ita indispositam, & non consueta, vt illa Mercurij, in aquis emersionem, & submersionem attendetis.

Si vero illi lineæ, Veneris illa correspodebit, eodem modo, & opere violenta poteſt coniecturari mors adulterij causa.

Si correspondebit illi, Solis illa linea, possent patimenta, persecutionesq; causa rerum falsarum excogitari.

Si Martis linea correspondebit; causa fidis, & minimè catholicæ operationis; quòd patietur imaginabimus.

Si Iouis corresponderet linea; interficiendũ esse, omni eius præcisa culpa putabimus.

Et si Saturnina correspondebit linea; causa suorum malefactorum mori debere publicis in locis, per iustitiæ actionem.

Igitur mercurialis linea, est quæ non solum magisterium hominis indicat, sed etiam eius effectuum magnam partem.

Cum mercurialis linea valdè profunda erit; ingenij profunditatem, maximamq; eloquentiam indicat.

Cum prædicta linea, recta, longa, & profunda apparebit; nouorum magisterium hominem talem esse inuentorem ostendit, & cum in hac bona apparentia linea hæc apparebit, & ibi Lunæ linea correspondet cum eadem bona apparitione, populorum beneuolentia, &

& publica officia coniecturabimus.

Si illa Veneris linea correfponderet, bona; Ecclefiarum, donationum, & mulierum caufa exiftimabimus.

Si Solis linea correfponderet; propter exaltationem, & bona principum, & dominorum.

Si illa Martis; per militaria honore, & martiales homines.

Si Iouis correfponderet linea; propter dominios, & Dominos; fic iouaiales, vt temporales.

Si cum linea Saturni; per terræ affictus per ædificia, per feminatoria, & per fubditos, bona funt conieturanda.

Quando mercurialis linea benè profunda eft, meccanicarum rerum, indicat effe inuentorem.

Cũ capillaris, & fubtilis fuerit, homines optufi ingenij, non faciliter eorum difcurfus explicare fcientes efficiunt.

Cum curua erit; parum in fuis negotijs effet fortunatus.

Quando vndas feruauerit, vt maris funt vndæ; maximas labores, paucafq; perceptus hominem indicabit.

Quando totaliter recta erit; dominia, ingenium, fortunanq; dabit.

Cum indirecta apparebit; miferias, tribulationes, falfitatefq; dabit.

De

De Veneris situatione . Cap. 4.

HOmo cum in Veneris situatione lineam habebit;rectam,longam,& profundam, optimeq; coloratam,fortunatum,& præcipuè in mulierum amore,erit; & sic per mulieres,vt per amicos munera habebit:semper, ac Veneris linea benè formata erit; matrimonia felicia bonamq; corporis valetudinem significat.

Linea Veneris;cum longa erit,ita,'vt ab vna ad alteram templam pertingat; copiosas solet afferre diuitias, & in omnibus tribus vitæ statis, fortunatos, diuitesq; efficit homines, in adolescentia,in virilitate, & in senectute. His omni ætate mulier, seu vxor conceditur, & quanto magis prædicta linea benè impressa fuerit,tanto fortiorem, potentioremq; hominem reddet.

Subscriptam 1 o.figuram inspicite.

Fi-



FIGVRA X.

ET si aliæ correspondeerent lineæ, huic ita bonæ lineæ positioni eiusdem formæ, vt e.g. Solis, Martis, Iouis, & Saturni linea, cum qualibet harum, indicat hominem fortunatum esse in negotijs illis secundum Planeti naturam, & tanto maior erit eorum fortuna, quanto lineæ cõsimiliores erunt cum Veneris linea, & si prædicta linea cum illa solis comittaretur, in

in longitudine, rectitudine, & profunditate, etiamq; in colore; quòd vxorem nobilem, diuitem, & sui viri amantem habebit significat.

Et si cum illa Martis corresponderet linea; malitiæ causa, & hominum martialium, nobilitas, & exaltatio promitti posset.

Et si cum dicta Iouis linea comittaretur; indicare posset prælaturam, & Ecclesiæ bona, & iuxta statum in quo reperietur exaltabitur.

Si Saturni lineæ corresponderet; seminatorum causa promicti possunt, subditorum dominia, & diuitiæ.

Igitur linea hæc Veneris, adeo bonam seruat naturam; quod in illius naturam mutatur, ad quam accedit.

Veneris linea se ipsa, cum apparebit, vt supra dictum est hominem mulieribus deditum esse demonstrat; reddit eum graui aspectus, & dum primo apparet malinconicus videtur esse, & potius accidentalis illa, quam naturalis erit.

Contrarium aueniet, cum linea hæc Veneris, interrupta, breuis, curua, vndata, intrinsecata, capillaris, aut cum aliqua minimè consueta apparentia, & cum aliqua ex apparitionibus dictis in ea videbitur, cum sola apparenti forma coniecturari poterit, & non alio modo.

Et posito, quòd Veneris linea interrupta erit, in pluribus locis suæ longitudinis, vt in subscripta inspicitis figura vndecima.

Fi-



FIGVRA XI.

PEr primam interruptionem, coniecturari poterit, si ortus diei tempore fuisset? quòd in secundo anno Veneris cursus, primum ei accidit, aut accidet accidens: secundum in quarto anno ætatis suæ; & vniendo primos, secundos annos duobus lineis antecedentibus Lunæ, & Mercurij; diceris, primum accidens fuisse, aut futurum esse in annis 36. menses 3. & 14. dies, & hoc modo coniecturationem 4. anno-

norum facietis, demonstrationis illius, vobis iam in 11. figura dictæ; quòd in annis 38. 3. menses, & 14. dies, secundum ei ęuenit accidēs; circa accidentium qualitatem, dicetis; quòd primum 36. cum Luna, & Mars fuisset cronicator, dederunt, aut dabunt ei periculosissimam infirmitatem, & illam à stomachi ortum duxisse cruditate; Secundum accidens, quòd circa 38. & menses; cum Luna fuisset cronicator, & Venus ab humoribus indigestis ortum ducentem infirmitatem habuit, vel habebit, & propter mulierum in ordines etiam periclitabitur; & iuxta disrupriones in planetarum situationibus, linearumq; apparentium; sic per naturales terminos, hac in nostra cęlesti armonia, & non aliter explicabuntur, frontis aspectus, quos in nostræ frontis lineis in cęlo efficiunt stellæ, & non solum linearum apparitiones, verum accidentium qualitates, indicarasq; indicationes, quas causæ secundæ cum determinate tempore, in sublunaribus corporibus attendunt palam faciunt.

Pluries verba vobis feci, quamlibet lineam 17. annos, vnum mensem, & 22. dies; sumare, & computare benè sciatis, vt vos in principio doctus sum; nam nunquam in errorem incidere potestis, & super omnia si noctis, aut diei tempore fuisset ortus, & illius quem obseruare vultis; & si discursus à vobis factus 11. figuræ, noctis fuisset totum à vobis dictum falsum erit,

quia à toto illo discursu antea facto omnimode differret, & in duabus rebus differentia permaneret, vna in tẽpore; altera in accidentium qualitate, & quod dictũ fuit de 36. 4, menses, & in 49. ætatis suæ esset, & quod de 38. in 47. & menses, & mortale dedisset periculũ indicatio 49. humorũ biliosorũ causa, & in 47. hepaticos fluxus, similesq; infirmitates, & ad hoc, vt linearum apparentium vera habeatur coniecturatio; & accidentiũ præfissi tẽporis; Hic duas posui tabulas Veneris cronicatorum.

Tabula Veneris Cronicatorum in die dominio.

cron.	anni,	menses,	dies
lun.mar.	36	1	22
lun.sol,	37	5	5
lun.ven.	38	8	17
lun.mer.	40	0	0
sat.	41	6	26
sat.iou.	43	1	22
sat.mar.	44	8	18
sat.sol,	46	3	14
sat.ven.	47	10	10
sat.mer.	49	5	6
sat.lun.	51	0	0

Tabula Veneris Cronicatorum in noctis dominio.

cron.	anni,	menses,	dies.
mar.mer	36	0	0
mar.lun.	37	0	0
mar.sat.	38	0	0
mar.iou.	39	0	0
sol,	40	5	5.
sol.ven.	41	10	10
sol mer.	43	3	15
sol lun.	44	8	20
sol, sat.	46	1	25
sol, iou.	47	7	0
sol, mar.	49	0	0
ven.	50	1	22
ven. mer.	51	3	14
ven. lun.	52	5	16

Et

ET cum e.g. Veneris linea sit interrupta, aut in plures partes diuisa, vt in 12. notatum videtur figura; hominem esse infortunatũ, & quem inimici eius persequentur; maxima infortunia, longasq; carceres tali minantur, & si cum prædicta Veneris interrupta linea, aliæ Planetarum lineæ comittarentur, eiusdem formæ, & apparentiæ; carcerationem futuram esse propter Planetam, futurum huius, similis apparentiæ putabimus; & si casualiter Luna esset, propter mercaturas, creditiones sui alijs pro alijs tribuendo tutamine, & propter naufragia, talia huic promittuntur.

Si cum Mercurio; putari possent harum rerũ æuētus per scripturarum falsitatem, & similia.

Si cum Sole; propter dominorum negotia, & principum persecutionem.

Si cum Marte; causa rixarum, homicidiorũ, & propter martiales res.

Si cum Ioues propter litigia, & affictus, eiusq; causa debitorum.

Et si cum Saturno; suorum misfactorũm, latrociniorum falsitatum, & homicidiorum causa.

Videatis infrapositam figuram 12. cum interrupta linea in situatione Veneris.

Fi-



FIGVRA XII.

ET cum prædicta Veneris linea intrinseca-ta erit, vt in subposita figura 13.

Fi-



FIGVRA XIII.

COnie&urari poterit à suis inimicis talem fore violandum; & si antedi&a intrinsecatio ad Solis lineam, situationemq; perueniret,& illa lineæ cuspis ascendens ; cum Solis situatione intrinsecaretur? potentes erunt eius inimici;& si in Martis situatione,essent milites, satellites,& ignearum rerum artefices,& vt reperitur illarum Planetarum situatio, sic conie&urari poterit accidens;& concesso,hoc,quòd

D situa-

ſituatio ita deſcenderet,vt pertinceret lineam, ſituationemq; Mercurij;de crimine falſo eum autorem inſtituent. Si ad Lunæ ſituationem deſcenderet;hoſpites erunt inimici ſui, & alienæ partis à ſua patria, & cum illam Mercurij, lunęq; pertingant; duas omnes perſecutiones habebit,nempè à falſo nomine affectus,& hoſpitum inimicorum inimicitiam.

Maximè vltima lineæ cuſpis aduerti debet, & totam præcipuè in illam efficere coniecturationem, e. g. ſi vſq; ad Martis ſituationem Veneris intrinſecatio aſcenderet, poſſent vulnera concipi.

Infernam 14.videte figuram.



FIGVRVA XIV.

SI vsq; ad Iouis situationem Veneris ascenderet linea, quæ est linea illa, quæ à sinistra parte ascendit; iouialium causa tribulationes expectabitis.

Si prædicta linea Veneris curua erit, pouertates, miseriasq; & super omnia matrimoniorum felicitates coniecturabimus.

Si infra descenderet Veneris linea curuitas,

versus Mercurij situationem, lunçq; vt in hac 15. videtis figura.



FIGVRA XV.

PAupertatem futuram esse post 33. annum ætatis suæ coniecturabitis.

Et si illa linea, loco descensionis ad inferiora, ad superiora ascenderet versus Solis situationem, miseriæ, seruitutesq; imaginari possunt, & eius bona; nobilis gens, auferet.

Et si vsq, ad Martis situationem lineæ curuitas ascenderet,& magis à dextera,quam à sinistra parte esset, dicatis bona eius à parentibus auferenda esse,& si à sinistra parte esset, à Matris parentibus.

Et si solum in medio esset, iuxta rectum nasi filum; suæ vxoris auferent parentes, & præter bonorum amissionem; quòd in honore, & persona decipietur indicat.

Et si infra descenderet à dextera parte curuitas prædicta;inimicorum periculum, & dolum indicabitis.

Si à sinistra esset parte; in aquis immersionem significat,& hæ duæ curuitates,in tantum hanc habent proprietatem, in quantum per alias dictas lineas transeunt,& cum illis intrinsecantur.

Semper,ac Veneris linea supradictas habebit apparitiones, vt supra dictum fuit;Homo coloratæ carnis, erit, & metipsa Veneris linea colorata videbitur.

Et cum homo discoloratus erit;discolorata, etiam apparebit ipsa linea.

Et cum interruptæ, & intrinsecatæ erunt, & intra ipsas lineas nigricantes apparebunt colores;violenta coniecturatur mors.

De Situatione Solis. Cap. 5.

MAgis, quam alia situatio, Solis situatio est obseruanda cum eius linea; in illa namq; homines inspiciuntur, qui diei tempore sunt nati, & quia Sol, vt multoties fuit dictum, dominatur illos diei tempore nascentes, & Luna noctis tempore; ideò plusquam aliæ sunt hæ duæ considerandæ, Solis situationes, & Lunæ, quia illi sunt, qui vitæ cursum reggunt.

Super omnia debet esse recta longa, optimeq; profunda, ad hoc, vt perfecta sit, & cum infrapositas habeat circumstantias; magnanimum, realem, inuictum, & in omnibus suis actionibus fortunatum, liberalemq; hominem indicat. & præcipuè cum dominibus, & principibus.

Cum solaris linea benè formata videbitur; nobili animi hominem demonstrabit, & hoc faciet primus suæ prosapiæ; bonis moribus, bonisq; actionibus ornatus erit, & per hoc, ab omnibus benè, atq; vniuersaliter videbitur. Quando magnopere antedicta linea profunda erit, ita vt omnes frontis lineas superauerit; hominem sblendidum efficiet, & tanta eius erit liberalitas, quòd eius superabit vires.

Contrarium accidit, quando solaris linea, suptilis, capillarisq; erit, quia loco liberalitatis, eum reddit auarum, & duplo in humanum; &

si cum linea solis comittaretur aliæ duæ fortunatæ lineæ,& vna Iouis,& altera Veneris esset, si temporalis homo esset; coniecturari posset, quòd magna onera,dignitatesq; seruabit; & si Ecclesiasticus esset; magnus in Dei Ecclesia erit Prælatus. In omnes duos status, cum hæ tres lineæ apparent rectæ longæ,& profundæ; homines, dominiorum magnorum homines faciunt.

Cum solaris linea breuis interrupta, & intrinsecata erit;hominem suarum facultatum dissipatorem futurum esse dicemus. Infortunatus cum Principibus, dominisq; etiam erit, pertinax,& superbus, & si prædicta linea breuis erit,& interrupta;paupertas,extrema miseria,cum pertinacia enunciari poterit.Si solummodo interrupta fuerit; nobilium gentium persecutionem;si solum intrinsecata cum alijs ramusculis,carcerationes,& iustitiæ patimenta,si profunda; eius vexationes graues, & perniciosæ erunt.

Cum solaris linea breuis, recta, & optimè profunda est;maximæ possunt coniecturari diuitiæ, cum lineæ Veneris, Mercurij, & Lunæ vnietur, hominem frigidum humidunq; hominem reddet;& calidum,siccumq; reddet quando cum Martis linea perseuerabit; cum Ioui, calidum,& humidum,& frigidum, siccumquè cum Saturno.

Non ab alio causantur, quæ malæ, aut bonæ videntur linearum apparitiones, quam ab aspectibus cęlorum, & in his, illisq; linearum apparitionibus; naturæ, inclinationes, accidentiaq; demonstrantur, & quo apparent lineæ, eo faciunt in illa forma stellæ aspectus, inter se; & si Trini, aut Sextilis erunt; lineæ valdè in eorum conceptione imprimentur; si quadrati, aut oppositionis, valdè malè, & pessimæ apparentiæ in hoc passum magnopere conueniunt Astrologi, cum Methoposcopis; cum stellis errantibus Astrologi quinq; efficiunt aspectus 5. posituras Methoposcopi, & si Astrologorum essentiales sunt quinquè aspectus; essentiales quinquè Methoposcoporum sunt positurae. Astrologi aiunt quintus aspectus; Trinus, Sextilis, coniunctio, quadratum, & oppositio, & Methoposcopi, eorum quintas posituras nominant; rectitudinem, longitudinem, profunditatem, breuitatem, interruptionemq; cum Trino, rectitudo, cum Sextili longitudo; cum coniunctione profunditas, cum quadrato breuiuitas; & cum oppositione interruptio, & si ab alio non causantur aspectus, quam ab ipsorum cęlorum motibus, & ab aspectibus ab eis factis, & in nobis, vt corpora sublunaria influunt eorum actiones, inclinationes, infirmitatesquè, aliaquè, in nobis influere solentes, & iuxta conformitatem in quam inspiciuntur aspectus,

in

in illa prorſus conformitate configurantur lineæ in 3.corporis locis.

Cum ſolaris linea bene impreſſa fuerit eius in ſituatione;certum erit, Solem eius prædominantem in ſua exaltatione eſſe, & valdè ab aſpectibus.Fortunæ amicæ beneficis inſpici,& quòd virtute illorum aſpectuum linearum apparentium,& formalitas cauſatur,contrarium accidet, cum à maleficis infortunatis aſpectibus offendentur Planetæ; nam quando cœli maleficos efficient aſpectus, non aliud facere poſſunt in apparitione, quam interruptas, intrinſecataſquè lineas; bonorum aſpectuum contrarium,quia aliud afferre non poſſunt,nec ſciunt, quam bonas, fœliceſquè linearum apparitiones;& ſi boni aſpectus, bonas linearum afferunt apparitiones ; malæ apparitionis, turpiſquè ducunt aſpectus mali : A bonis ſimpatia, à malis antipatia ortum ducit; à cœleſtibus hoc percipimus ſignis, quæ domus ſunt, per quas ſeptima pertranſeunt Planetæ(exempli gratia) Aries,& Gemini amici ſunt, & quia interſe in duobus modis correſpondent; primo in natura, ſecundo in æqualitate; in natura, quoniam calidus, & ſiccus eſt Aries, in correſpondendo, quia calidus, & humidus eſt Gemini, & ob caliditatem in natura, & æqualitate correſpondent, & ab hoc inter eos cauſatur ſimpatia, veramquè ſeruant amicitiam.

Con-

Contrarium in Ariete, & Cancro, quia, vt dixi; Aries calidus, & ficcus eſt, & Cancer frigidus humidus, & hanc ob cauſam, minimè concordant, quoniam frigidi, eſt inimicus calidus, & ficci inimicus humidus, ab hoc antipatia originatur, & inter eos inimici fiunt. Aſtrologi cum ſignorum concordantiam oſtendere voluiſſent, triplicitatem componunt, & ſunt Arias, Leo, & Sagittarius pro ignea triplicitate; Taurus, Virgo, & Capricornus pro terrea; Gemini libra, & Aquarius pro aerea, Cancer, Scorpio, & Piſcis pro aquea triplicitate. Ab his duodecim ſignis, quinquè aſpectus ab Aſtrologis etiam relatis deueniunt, & aiunt, e.g. Arietis, & Leonis, ſignum, ſunt Trini; Leo, & Sagittarius de Trino; Sagittarius, & Aries etiam de Trino.

Hunc magis, quouis altero magnum aſpectum efficiunt ponderis Aſtrologi, & ratio eſt, quia ſigna eiuſdem naturæ ſunt omnia Aries, & Gemini ſunt Sextilis, quia (vt dixi) in calido concordant. Coniunctio non oritur ob ſignorum naturam, ſed propter Planetarum coniunctionem, & per hoc cum bonis, coniunctionem eſſe bonam aiunt, cum malis autem, peſſimam; nam ſi Sol cum Ioui, aut Venere erit valdè bona; ſi cum Saturno, aut cum Marte Sol fuerit; valdè erit peſſima.

Quadratum per 3. ſigna integra cauſatur, vt in 7. Arietis, in 7. Cancri eſſet, & quia in natu-

ram

ram minimè sunt concordes inter eos nascitur cotipatia. Propter longitudinem, etiam inimici aspectus est oppositio, quia à 6. integris signis distat, vt Aries, & Libra.

Nè admiretis vos, me in hoc Solis capitulo ad aspectuum cęlorum vobis pertractandum distendisse, quoniam clarum est Solis situationibus, vt virtutum vitalium dominatoris tribui vitæ annos, & solaris lineæ dominium, vt omnes aliæ 17. annorum, vnius mensis, & 22. dierum; & cursus hic Veneris annis additur, qui sunt 51. menses 5. & 6. dies, & 17. vnum mensem, & 22. dies superaddendo; omnes ad annos 68. 6. menses, & viginti otto dies veniunt.

Tabulam attendite subpositam temporum præfixorum suæ cronicationis.

Ta-

Tabula Solis *cronicatorum in dominio diei.*			*Tabula cronicatorum* Solis *in noctis dominio.*		
cron.anni,	menses,	dies	cron.anni,	menses,	dies
iou. 52	8	17	ven.lun.52	5	16
iou.mar.54	5	4	ven.sat. 53	6	26
iou.sol 56	1	21	ven. iou.54	8	20
iou.ven. 57	10	8	ven.mar.55	10	8
iou.mer.59	6	23	ven.sol, 57	0	0
iou.lun. 61	3	10	mer. 58	10	9
iou.sat. 63	0	0	mer. lun.60	8	17
mar. 64	0	0	mer.sat. 62	6	26
sol.mar. 65	0	0	mer.iou.64	5	4
mar.ven.66	0	0	mer.mar.66	3	13
mar.mer67	0	0	mer.sol. 68	1	22
mar.lun.68	0	0			
mar.sat. 69	0	0			

Cum solaris linea curua erit,& illius distendetur curuitas ad Veneris lineam,& situationem,vt in subscripta 16. figura inspicitis.

Fi-



FIGVRA XVI.

ANgustiæ,& tribulationes coniecturari possunt mulierum causa, & si illa Mercurij attinceret situationem;per viam à publicis latronibus, exulibusq; furandum esse putabitis; & si ad Lunæ situationem perueniret; captiuũ in inimicorum manibus futurum esse dicemus.

Contrarium æueniet cum dicta linea curua loco ascensionis ad superiores partes;ad superio

riora versus capillos ascenderet in tribus superioribus Planetis, quia trium inferiorum.

Planetarum iam factæ coniecturationes, his contradictoriæ essent; quia si lineam, situationemquè Martis attinceret, vt in figura 17. videtur.



FIGVRA XVII.

BOna ludorum causa coniecturari possent: Si ad Iouis peruenirer situationem; sub terra

terra res celata, & non perpensas, quòd inueniet sciatis.

Verum si vsq; ad Saturni iunceret situationem, mortuorum relicta, & cęlatarum rerum inuentionem expectabunt.

Cum interrupta prædicta Solis linea erit, & cum illa aliæ interruptæ essent lineæ; violenta mors coniecturari posset, & illa causaretur secundum Planeti naturam, qui cum solari linea coniuncetur, & si e. g. cum inferna linea esset, quæ Veneris situatio est; mulierum causa eius expectabitis mortem; & cum Mercurij linea esset, propter falsarios homines putari posset mors.

Et si cum Lunæ linea? propter venena, & similia.

Si cum superioribus lineis ascēderet, & Martis tanceret lineam, à suis seruis, aut illorum causa peribit.

Si cūm illa Iouis iunceret; violenta posset coniecturari mors, & ab illa suæ vxoris causa affici; si vsq; ad illam Saturni perueniret; vt in Luna, mortęm suam venenis subpositam esse magicis rebus, & etiam aquæ effectibus. Cū solaris linea cum alijs lineis intrinsecabitur, & illi similia, & consimilia correspondent; infortunatam expectabunt mortem.

Et si e. g. solaris linea, cum illa Veneris intrinsecaretur, & intrinsecatio illa duas simul efficeret res, hoc est ad Saturnum ascenderet, &

ad

ad Martem simul descenderet, vt in hac infra-posita figura videtur.



FIGVRA XVIII.

Violenta posset persuadi mors, & non solum talis; verum formidabilis, & ignominiosa publicis in locis erit.

Et si ad lineam, situationemq; Mercurij perueniret, & ad illam Iouis etiam, vt in 19. figura.

Fi-



FIGVRA XIX.

COlli ſuſpenſionem indicabit maximas ob cauſas.

Et ſi eum ipſis ſolaribus lineis,linea quędam vſq; ad Saturni ſituationem aſcendens intrinſecabitur, & quæ vſq; ad Lunæ ſituationem deſcendat,vt in inferiori figura.

E Fi-



FIGVRA XX.

IN aquis coniecturabitis immerſionem.
Et cum ſolaris linea;ſinè alijs lineis ſituaretur;maxima fortunæ bona poſſidebit; bonorum morum erit,& quò profunda illa erit, eo copioſiores erunt diuitiæ.

Cum linea ſolaris, Veneris comitabitur lineam,matrimonij cauſa cóſideranda ſunt bona,& ſi ambæ lineæ benè in rectitudine, longitudi-

tudine,& profunditate formatæ erunt; in maiori quantitate eius bona fore elicatis; & hoc cum in illis duabus lineis elucescit, Veneris lineam prævalituram dicatis. Hoc in passu putant Astrologi; Solem in Horoscopo esse, & Venerem fautoris illi esse aspectus; & quòd per hoc illæ duæ prospiciuntur lineæ in apparitione, vt dictum est.

Si linea solaris, esset cum Mercurij Luna, Solem, & Mercurium in sui ortus tempore fuisse in nona cum bonis fortunas aspectibus duarum; & quòd ob has elucescentes apparentias, magni ingenij erit homo, & ei in inueniendis inuentionis rebus propitia erit, & ex hoc multas percipiet diuitias.

Quando solaris linea Solum cum lunari linea erit, talem hominem has seruantem lineas fortunatum valdè futurum esse dicatis, & nouę terræ, regionesq; ab eo inuenientur, & maxima in nauigatione ornabitur fortuna; cum apparent hæ duæ lineæ, vt supra dictum fuit; de Trino, cum Ioui, & Venere, Sol sunt, & Luna.

Si recta esset linea, cum illa Martis coniuncta; hominem esse singularem in igneis artificijs; & si in militia exercetur, in signis ornabitur rebus.

Si Solis linea, cum illa Iouis esset, magnas expectabit diuitias, & quòd illis fruetur, corporis salute, animiq; tranquillitate.

Et si Solis dicta linea, illam Saturni comitaretur; suum aum feudos, terrasq; acquisissa dicetis, & seminatoria cum ædificijs etiam, & quanto magis benè dictæ lineæ formatæ erūt, in quarta quæsitis, nempè rectitudine, longitudine, & profunditate cum colore, tanto maiores nobilitates, dignitatesq;animi ducent.

Semper lineę solari est habenda ratio, & postea cum, qua linea comitatur videndum, & quo eius consortium benè formatum fuerit, eo maiores magnitudines, & prosperitates conducet.

Ex tribus est compositus Planetis Sol, ex Luna Sole, & Mercurio; cum primo Leo; cum 2. Cancer, cum Virgine 3. Solaris numerus 5. continet; Veneri numerus 94. tribuitur; & suum est compositum nomen ex duobus Planetis; ex Marte namq; & Sole. Mercurio numerus 178. datur; & suum nomen componitur ex 4. Planetis, Iouis, Martis, Solis, & Veneris, Lunæ tribuitur suus numerus 60. & ex tribus suum nomen componitur Planetis; ex Marte namq; Sole, & Mercurio; Mars suum retinet numerum 76. & tres Planetas in compositione habet, Solem, Iouem, & Venerem. Iuppiter suum numerum habet 163. & ex quatuor componitur Planetis; ex Saturno, Ioui, Marte, & ex Sole.

Demum suum seruat Saturnus numerum, & 171. continet, & 4. Planetarum componitur,

tur,& sunt Saturnus, Mars, Sol, & Venus.

Multa in humanis corporibus significata hi numeri habent;& qui verè de his vult certificari scientijs, à nostro minimè tractatu discedere debet 28. Lunæ mansionum, nam ibi de de numeris prædictis exactè diximus.

De Situatione Martis. Cap. 6.

CVm linea Martialis, erit verè longa, recta, opimeq; profunda; hominem illum futurum esse magnæ fortunæ augurabitis; vt in militaribus rebus; sic etiam in ludis in societatibus, & negotijs, his boni ortus promittuntur vxores, & longa fruentur vita;& si profunditati Martis lineæ longitudo, & rectitudo correspondere, bonum instrumentorum bellicorum inuentorem futurum esse dicetis, vt etiam in rebus igneis; in metallis tractandis delectabitur, & chimichis vtetur rebus; his, quibus hęc supracitata linea apparebit, vt supradictum fuit; homines erunt, qui Deum timebunt, diuinamq; iustitiam; magnum apud mundum optinebunt nomen; erunt fortunæ bonis abbundantes, & in negotijs omnibus ab eis faciendis, eorum semper seruabunt honorem.

Eorum vita vsque ad annum 83. ætatis suæ peruenient. Si eidem formæ, & similitudini Martis lineæ, correfponderet linea Iouis, eiusdem formæ, & similitudinis; codiecturari pos-

ſet,quòd magnus exercitiuum erit ductor, & apud Reges, magnoſq; dominos, magnæ erit exiſtimationis,& ſi illa Saturni linea correſpõdet,prudentem,ſagacem, & bonarum doctrinarum plenum talem hominem vaticinabitis futurum.

Et ſi cum tali linea martiali;ſolaris aggregabitur linea, magnum apud Principes ducem futurum eſſe perpendimus. Si correſpondet linea Veneris, Eccleſiaſticæ ſunt exaltandi excogitandæ res, magnuſq; erit fidei defenſor.

Si linea Mercurij correſpondebit, eiuſdem apparitionis, ac eſt linea Martis? ſubtiliſſimi ingenij,& valdè ſcientiatum talem hominem eſſe aſſeretis.

Et ſi eam lineam Martis, Lunæ illa comitabitur;magna eſt expectanda fortuna ob terræ cultus,& per aquas nauigationes.

Cum linea Martis optimè apparebit;homines animoſos, ſedulos, & in eorum negotijs expeditos facit, ſed aliquantulum primorum erunt motuum.

Clarum eſt, quòd tanto in tempore, in quò hanc ſcientiam profeſſus ſum Methopoſcopię, nunquam temporibus meis hominem obſeruaui omnes 7. lineas habentem eiuſdem formæ,& apparentiæ,& cum mea media ſpeculatione cauſam ſcire deſideraſſem; reperij hoc non ab alio ortum duci, quam à Planetis omnibus in dignitate minimè eſſe potentibus,

neq;

neq; in exaltatione, & hoc modo lineæ non possunt omnes eiusdem formæ, & apparentiæ fieri non possunt, & in hoc iam obseruato, tantum quarto eiusdem formæ, & apparentiæ reperij, & hæ non communiter videntur, sed raro reperiuntur.

Quæ videntur lineæ rectæ, longæ, & profundæ à pluribus oriuntur causis, verum duæ sunt principales, prima quòd Planeta in conceptionis tempore, in propria sit domo, & secunda in exaltatione sua, & tertia etiam addi posset, & erit quando in eius gaudio Planeta erit; sed non potest; rectitudinem longitudinem, & profunditatē tribuere gaudium, vt exaltatio propria domus est.

Cum breues apparerent, & discontinuæ lineæ, aut vnduosæ, tortuosæ, & intrinsecatæ; angustiæ tribulationes, & notabilia coniecturari possent damna.

Cum linea Martis rupta, & in plures diuisa erit partes, aut ab alijs aliquibus intrinsecaretur, vt in subscripta figura demonstratur.



FIGVRVA XXI.

PEssimorum morum talem futurum esse hominem iudicabitis, indicat etiam eum homicidam, furiosum, vendicatium, & sensitiuum; carceres, brachiorum suspensionem exilia, & taliter ab eius patria exultabunt facit; & quando cum hac martialis lineæ apparitione, aliæ non apparebunt lineæ rectæ longæ, & profundæ; vitam possemus breuem iudicare.

Cum linea hæc Martis illam Iouis comitabitur,

bitur,& illa eiusdem formæ esset, ac est linea Martis, interruptam dico, & intrinsecatam; per *Iudicis* sententiam moriturum esse coniecturabitis, qui *Iudex* iniustus, iniquus; & partialis erit.

Si cum linea Martis apparebit linea Solis eiusdem formæ; à principibus persecutiones possent prædici, & per coniuramenta præcipuè.

Cum linea Martis, Veneris lineæ correspõdebit, & eiusdem apparitionis illa erit, talem hominem paucæ fidis esse dicatis, & quòd faciliter eius finet legem; crudelem, temerarium, & vitiosum; cuiusuis lasciuiæ etiam turpis erit plenus.

Et si cum linea Martis erit, linea Mercurij informis similibus falsificatorem talem hominem sugillorum fore dicatis, & scripturarum falsarum, & cum duæ antedictę Martis, & Mercurij lineæ, inter se intrinsecarentur, aut in eorum angulis vnirentur, aut in medio cum aliquo ramusculorum genere, vt in figura subscripta videtur.



FIGVRA XXII.

POssent coniecturari mortis affectus propter eius publica,patentiaq; malefacta.

CVm signum Gemini ascendet homines suptilium capillorum extensorum, valdeq; coloratos; caput eorum bene complexũ, & formatum; eorum carnium color erit sblendens,& magis longæ erunt,quam rotundæ eorum facies, brachia, pedes tibiasq; seruabunt longas,& formati corporis super omnia erunt, potius ad corporis altitudinem, quam ad breuitatem tendent.

Cum longis supercilis efficiet homines, cũ signum Gemini fuerit in ascendente; pectoris non nimis erit longus, nec latas annectet spatulas;eius tenues erunt tibiæ,valde leuis,& velox erit in ambulando; libenter alios de suis negotijs certos faciet, & quòd in corde fuerit in ore deuelat.

Signum Gemini quando ascendet primam ducens fatiem; seu in eius primo decano, valdè sanguineum reddet hominem;valdè coleræ deditus erit;irascibilitatem primosq; seruabit motus; hi semper naturæ indifferentes erunt,ideſt nunc leti,mœstiq; nunc.

Prima hæc facies valdè homines in apricis; de-

delitiosisq; locis habitare inclinat, & etiam in maritimis, in duabus corporis partibus, hoc est in capite, & facie neuos seruabit, & illi cum non apparebunt, circa pectoris regionem inspicite, nam in eo neum inuenietis, & tempore oppositum in faciet conclamat.

Quando Gemini cum secunda facie ascendet; hominem cum neuo iuxta verendas conficit.

Et si cum tertia facie ascendet, hominem facit bonæ apparentiæ, & grandem potius, quam parum denotat, cum brachijs, & tibijs longis, & corpus suum valdè aliorum membrorum simetriæ respondebit.

Cum signum prædictum primam portans faciem ascendet; longam optimeq; mercurialem lineam profundam reddet.

Si cum secunda facie ascendet tantumodo longa eius fuerit linea, & primæ non admittet profunditatem.

Quando cum tertia facie ascendet prædicta Mercurialis linea, nec longa adeo, nec breuis, vel rotunda, sed aliquantulum recta, malęq; fuerit apparentiæ.

Cum prima facie, hominem inclinabit ad cęlestes scientias, & cum varijs versabitur hominibus, & eorum maior pars vitiosi erunt, & fraudulentes; his proles effici negatur, & in quantum in quinta cœli domo figuræ secundus configuraretur Planeta cum bonis aspectibus

sic fortunarum, vt luminarium.

Facies secunda reddit homines iuxtos, & religiosorum amicos, veritatem, iustitiamquè amabunt, eis placebunt virtutes, & pios bonosq; claudent discursus.

Tertia Gemini facies inclinat homines mulieribus subditis, & ab illis facili negotio dominabuntur, ita vt coniuges lussores euadent, & vxores coniuges.

Semper magis alia præualebit Mercurialis linea, cum Gemini ascendet signum, & si quando prædictum signum ascendit præsens esset in ascendente Mercurius; recta, longa, profunda, & colorata Mercurij linea ælucesceret, & si Saturnus etiam esset in ascendente, vt in infrascripta figura videtur descriptum.



FIGVRA LIII.

SVi proprij cauſa ingenij talis erit homo fortunatus, & cum æqualis apparentiæ fuerit linea Saturni cum illa Mercurij in longitudine, & rectitudine, vt in ſupracitata figura enarratum fuit; parentibus omnibus fortunatior erit; & ſi cum aſcendenti linea Mercuriali, Iouialis præeſſet linea, eius rationis cum Mercuriali; Iouem in aſcendente Geminini in ſuæ

conceptionis tempore fuisse dicatis, & quòd talem propter causam talis formæ Iouialis fuit sic delineata linea, vt in infraposita figura videtur.



FIGVRA LIV.

ITa cum apparebunt lineæ prædictæ; eius fortunam valdè propitiam futuram esse ei coniecturabitis, & in negotijs omnibus ab eo agẽdis, honore, & fortuna versabitur, pulchri erit

aspe-

aſpectus, & gratioſi; ſemper eo modo, quò videtis hæ duæ lineæ vnientur, tria eſſentialia denotant; primo diuitias, ſecundo validam, fortemq; compleſſionem, & tertiam longam vitam.

Et ſi in aſcendente Gemini præerit Mars, & Martialis linea longa, rectaq; eſſet, vt in figura infraſcripta.



FIGVRA LV.

Valdè in militia erit talis fortunatus, & ob hanc cauſam curis cum honore, & for-

tuna fruetur.

Et si in alcendente prædicto Gemini lineæ Solis adesset, & recta, longaue esset, ita vt Mercurij lineæ æqualis fieret, vt in infraposita figura.



FIGVRA LVI.

APud Principes exaltabitur, & cum illis valdè confidet; ad futura prædicenda cum hæc inclinat situatio naturaliter.

Si

Si cum Gemini ſigno aſcendente Venus adeſſet; & duæ lineæ eiuſdem formationis apparerent, ideſt illa Mercurij, & Veneris, in rectitudine, & longitudine, vt infra videndum in figura poſita.



FIGVRA LVII.

Affabilem, tractabilemq; talem futurum hominem coniecturabitis; ſic cum amicis, vt cum mulieribus fortuna fruetur; pulcros

gene-

generabit filios,etiamq; fortuna ornatos.

Cum signum Gemini ascendet, & in Gemini eius Dominus Mercurius persisteret, videretur Mercurialem lineam omnes assumere perfectiones, vt longitudinem, rectitudinem, profunditatem, coloremq; vt infra in posita figura.



FIGVRA LVIII.

QVatuor hæ cum elucescent perfectiones, singularis ingenij maximarumq; doctrina-

natum talem hominem futurum esse censeatis; scientiæq; eius erunt in ordine ad Matematicam, Astrologiam, Phylosophiam, poeticam, & speculatiuam.

Cum Luna, & lunaris linea fuerit signo Gemini ascendente recta longaue, & ad capillarem inclinaret, vt infra.



FIGVRA LIX.

Apud ministros Regum, & magistrato, maxima fruetur fortuna, & admirationes ho-

honores dignitatesq; possidebit,& discessus lucris,& honoribus perficiet.

Semper in hac forma dicta lineæ cum apparebunt; Planetas illos in ascendente fuisse inspectos à beneficijs radijs simul cum signo, sic luminarium, vt fortunatum supponendum.

Et si 7.annectens gradus;e.g.signum Gemini esset annectens,& cum 7. gradibus similiter fuerit Sol;in parsilis esse coniunctione dicetur; & tunc magis quam vnquam, solaris linea bonum in se claudet aspectum, & etiam cum illa Solis in æquali ratione esset illa Mercurij, & hoc cum videbitis;illi qui in parsilibus fuerunt concepti gradibus ascendentis, & Solis, valdè magnos, lucidosq; seruabunt oculos.

Semper his leneatum persistentibus apparitionibus;Iouem,& Mercurium,in eorum conceptionis tempore in eodem gradu fuisse portendunt; idest signum ascendens, vt domus Mercurij,& totum,quòd dictum fuit,de quolibet intelligendum Planeta in quolibet ascẽdentis gradu futuro.

Secundum, quòd vobis recordatur, in hoc 12.Capitulo est,quòd lineæ illæ, quæ magis in dextera,quam in finistra parte profunditatem assument, aut in medio magis, quam in duobus lateribus;in parte illa,in qua magis profundæ erunt eorum fortunas recipient; vt e. g. si ortus illius, qui obseruatur diei fuisset, vt sæpè dixi, prædominantis lineæ profunditatem à de-

dextera esse videbitis, & si noctis à sinistra.

Et cum omnibus Planetis careret ascendēs; quòd ascendentis signi situatio eius specificatum, simplicemq; lineam imprimet cum illis, in quibus reperitur conditionibus asseratis; si bonos aspectus, fortunatasq; Planetas ducet ascendens; Horoscopans linea erit pulchræ apparentiæ; si malos; malè formata; & quando Solum vna apparebit linea, & longa erit, cum alijs breuibus ruptisq; & aphita vitæ ductor talis linea ascendens fuerit; & si illa, vt diximus erit, & Gemini pro ascendente veniet; Mercurialem lineam præualere ostendit totaliter, illauè fuerit, quæ bonam, pulchramq; celebrabit formam, & Mercurium ascendentis dominatorem prædictæ lineæ dominium optinere conie&urabitis, & quòd bonos eius Mercurius in suæ conceptionis tempore seruabat aspectus, sic luminarium, vt duarum fortunarum, sic luminarium.

Verum si lineæ, modo, quo in hac inferna figura configuratę erunt, vt videtis.

Fi-



FIGVRA LX.

SOlem, Iouemquè trinum conficere aspectum in ascendente Mercurialis lineæ significatorie, & talem ob causam huiusmodi seruantes formam eluescunt.

Et si Solum Mercurialis, & Martialis linea boni aspectus appareret; suum Martem in eius conceptionis tempore Trini aspectus fuisse cum suo ascendente signat,

Verum quando cum linea Veneris talem deue-

deuelaret modum; Venerem Trini fuisse in ascendente prædicit.

Bonos, malosuè efficit homines Gemini signum ascendens,& hoc totum,ab aspectibus à cęlis productis in eorum conceptionis tempore ortum ducit,& aspectus, quos Planetæ inter se efficiunt apparentes ostendunt lineæ.

Quando cum mala societate linea Mercurij cum Lunæ linea fuerit,vt in figura 61.

Fi-



FIGVRA LXI.

AB aqueis afficiendum esse periculis demonstrat hominem;pauca fruetur fortuna,& in maximam labetur paupertatem.

Et si Mercurij linea malè Veneris comitabitur lineam,vt in præsenti 62.figura.

Fi-



FIGVRA LXII.

MVlierum causa peribit.
Et quando cum solari linea malè correspondebit, vt infra videndum.

L Fi-



FIGVRVA LXIII.

MAximo vitæ periculo Domini eum persequentur, & præcipuè ob res falsas præcipuè.

Quando linea Mercurij, in mala positione cum linea Martis fuerit, vt in subscripta figura.

Fi-



FIGVRA LXIV.

Falsarium latronem, malorumq; morum talem futurum esse hominem signat; & eorum causa factorum valdè punietur.

Cum interrupta, malæq, apparentiæ fuerit Mercurialis linea, & illa Iouis eandem seruaret formam, vt in figura 65.



FIGVRA LXV.

OB Ecclesiasticos,& legum professores, & similia à perpessionibus afficiendum fore edicit.

Et Mercurialis cum interrupta fuerit linea, & illa in eadem forma Saturni appareret linea, vt in infra posita videtur figura.

Fi-



FIGVRA LXVI.

VEnenorum possunt conie&urari pericula; magnusq; inimicorum promittitur numerus occultus.

Quando prædi&a linea Mercurij, Lunæ lineam sequeretur, & ambæ eadem vterentur apparentia, vt hæc demonstrat inferna figura.



FIGVRA LXVII.

Apud popularem gentem fortuna fruetur, pluriesq; à populis acclamabitur; honoribus, dignitatibusq; potietur.

Quando Mercurij linea, cum linea Veneris vniformabitur in breuitate, & rectitudine, infrascripta ostendit figura.

Fi-



FIGVRA LXVIII.

BOni ortus vxorem ducturum esse talem hominem existimetis; promittuntur ei munera, & honores eius vxoris causa.

Cum linea Mercurialis assumeret lineam Solis, vt hac in 69. figura.



FIGVRA LXIX.

MAxime actiuitatis apud Principes,& Dominos talem futurum esse portendit; & in negotijs suis omnibus fortunatus erit.

Quando linea Mercurij, Martis lineæ correspondebit in eadem apparentia, vt hæc deuelat figura.

Fi-



FIGVRA LXX.

IN ludis bona fruetur fortuna ; & in igneis exercitijs.

Cum in vniformitate Mercurij linea cum linea Iouis fuerit, vt in 71. figura.



FIGVRA LXXI.

CVm Iouialibus gentibus fortunatum futurum esse dicatis; & Ecclesiæ bona promittit.

Quando Mercurialis linea cum illa Saturni vnam seruabunt formam, & eiusdem vna, ac altera fuerit apparentiæ, vt figura ostendit infraposita.

Fi-

Google



FIGVRA LXXII.

QVòd copiosas possidebit diuitias coniecturabitis;& in iubendo, vt territoria colentur, & similia eius seruatur fortuna.

Dominus est Iouis primæ faciei, & quando cum primo gradu ascendet Gemini, homines Ciuitate principaliores præfigurat; & si in tali gradu Mercurius adesset, aut benefico aspectu à luminaribus fuerit inspectus, & à duabus

bus fortunis, valdè scientia pleni erunt, & si Luna praeerit; propter eorum patriae patres, omnes eos habebunt; si Venus; in eorum fuerunt fortunati negotijs, si Sol à nobilibus amabuntur; si Mars eorum patriarum in defensione versabitur; si Iouis, cum Ecclesiasticis principibus versabuntur; si aderit Saturnus, eorum patriarum consolatores erunt, & vt eorum patres illae, illos conuocabunt.

Et si cum contrarijs aspectibus esset commixti Planetae, idest, quòd vnus, alterum cum malefico inspiceret aspectu cum ascendente; contra id, quòd supradictum fuit, nunc à nobis dicendum esset.

Verum quando omni priuatus fuerit impedimento primus Gemini gradus, nempè beneficis, & maleficis aspectibus Planetarum; in qualibet mundi parte maximę existimationis homines reddit.

Secunda faciem Mars dominatur, & quando cum 11. gradibus signum Gemini praedictũ ascendet; homines in armis delectantes inclinat; & si boni fuerunt aspectus cum gradu prędicto luminarium, duarumq; fortunarum; à regibus, & maximis dominibus cogniti perhibentur homines; Verum si loco fortunarum, infortunia, & mali aspectus luminaria praeessent, nam praeter quae annectent infortunia in se; ad damna maxima toleranda inclinabun-

Tertia faciei dominator est Sol, & quando Gemini signum in ascendente fuerit 21. ducēs gradum;ad sterilem naturam, & minimè prolem procreandam homines excita, & si in gradu 21. Saturnus fuerit aut Luna, aut tales gradus cum beneficis aspicerent aspectibus, ad diuitias possidendas illos conuocat, & in Regum, magnorumq; dominum amicitia detinent illos, Et si duæ fortunæ cum prædictis 21. gradibus bonos clauderent aspectus; fortunati persisterent homines; verum bonis malisq; carens aspectibus, naturaliter longæ vitæ perhibentur homines; numerus eius 102. continet, & ex tertia componitur Planetis, vt sunt Iouis, Mars, & Sol.

De signo Cancri. Cap. 13.

CAncri cum ascendet signum, ad Iouiales inclinat aspectus cum venusta facie, & sgracilium capillorum quadratus eius erit frōs; pectus, spatulasq; eliminabit longas; magnum habebunt corpus, & ad ceruleum colorem eius vergent oculi; magis alijs foras extuberabit nodus, qui in gula fuerit; neus in sinistro brachio, aut in tibia dextera fixus ei fuerit, & hic neus naturale ei prædicet signum.

Primam portans faciem, signum hoc cum ascendet; apparentias omnes iam supradictas producet; prima facies primo decem signorū gra-

gradus continet.

Quando secunda ducens faciem ascendet; peculiare in oculis ei erit infixum signum, illumq; maxima indicat pericula. Vt in tribus libris nostris de neuis exactè de illorum significatis pertractatum fuit.

Quando Cancri signum cum tertia facie ascendet; homines accidentalibus cum signis signatis denotat in eorum corporibus; & casus, vulneraue significant.

Cancri prima facies, delectabiles promittit homines valdequè sedulos, & libenter optinebunt ab eorum amicis id, quòd petunt ab eis. Eorum facultates sui causa ingenij fuerunt acquisitæ.

Quando ascendens cum secunda facie ascendet; homines maximi producet ingenij; magnis ornabitur administrationibus; quarum causa; diuites facultosiquè euadent, & cerebri subijcientur affectibus, & propter talia accidêtia, instabiles, mutabilesq; permanebunt.

Ex tertia compositum facie quando ascendet; timidos, & pusillanimes homines celebrat, & magis ad bonitates, quam ad vitia declinabunt.

Cancri, cum ascendet signum; rectam, longam, præfundamq; Lunæ conficiet lineam, hoc totum propter dominium, quem habet in Cancro; ratione vero profunditatis, obseruatum fuit, quòd quando linea lunaris iuxta con-

formitatem aliarum linearum, ab eadem per accidens oritur Luna, & quia Luna virtutes animales in Iecore residentes dominatur, idcirco graciles, capillaresq; produci solet, & cū signum Cancri frigidum sit, & humidum, vt aquæ est natura producit prædicto modo lineam; frigidum est illud, vt sciunt Phylosophi, quòd faciliter condensatur; verum, vt cognoscatis, quando Cancri signum fuerit in ascendente; diligenter situatio, & Lunæ linea est obseruanda, sic in dextera, vt in sinistra parte frontis, & vt plurimum in duabus templæ partibus ad curuitatem tendentes videbitis.

Et recta, longa, profundaq; cum lunaris hæc linea fuerit, hominem bonæ ingenijs capacitatis reddet; & si illa erit indirecta; efficiet lunaticum, & mente captum; & si aliquantulum profunda, in illa Lunæ profunditate fuerit; homines signat laboriosos.

Hos se ipsos vilibus doctos esse exercitijs, fuit obseruatum; & integra illa erit, aliasq; ducet integras lineas, vt prædicta lunaris linea, bonam possidebit fortunam, & si e.g. solaris linea cum illa Veneris esset, vt in 73. videtur figura.

Fi-



FIGVRA LXXIII.

TRes istæ lineæ cum elucescent; suum progredi vitalem cursum vsq; ad 63. in 64. coniecturari potest; & si interrupta dicta Lunæ linea erit; eius est attendenda pueritia, & inter periculos notabiliores iuxta 8. in 9. annum ætatis suæ.

Et si aliquod parum profunditatis in anno 33. erit; si profundior erit in anno 50. & si omnes bonas haberet qualitates ad lunarem lineam

neam requiſitas,in 70.anno.

Quando linea Lunæ in mercurialis lineæ ſocietate fuerit,& ambæ illæ directæ eſſent,vt hic infra videndum.



FIGVRA LXXIV.

Regalem, bonumq; fidei obſeruatorem talem hominem futurum eſſe portendit, ingenij,profundeq; erit doctrinæ, bonaq; præcinctus fama.

M Si

Si solummodo linea lunaris in eius situatione fuerit situata, & aliæ post eam esset interruptæ intrinsecata, & diuisæ, vt ostendit figura posita.



FIGVRA LXXV.

Corporis infirmitatem, & animi perturbationes expectabit.

Quando Lunæ lineam, Veneris linea persequetur, & ambæ in bono essent aspectu, vt hæc demonstrat figura. Fi-




FIGVRA LXXVI.

VEnereum hominum amicitiam explicãt; qui ei erunt magni iuuaminis; suæ vxoris causa fortunabitur, & propter omnes alias mulieres.

Et linea Veneris fuerit interrupta, & intrinsecata cum mulieribus infortunatum futurum esse coniecturabitis, & ab earum defectibus se caueat.

Et omnes duæ lineæ in eorum situatione

fuerint interruptæ, ideſt illa Lunæ, & Veneris, vt figura 77. palam facit infra.



FIGVRA LXXVII.

HOminem in armis, valdè delectabilem futurum eſſe dicatis, & in illis pauca fortuna fruetur, & pluries eius vulnerabitur corpus.

Et ſi in Lunæ illa linea Solis appareret, & ambæ rectæ longæ boneq; apparentiæ fuerint, vt hæc figura oſtendit. Fi-



FIGVRA LXXVIII.

CVm nobilibus mulieribus fortunatum futurum esse promiċtatis, & cum principibus, dominisq; & si in directæ intrinsecateuè, lunaris solarisq; fuerit linea; nobilium tribulationes, persecutionesq; fugire debet; magistratum, officialiumq; præcipuè.

Et linea Lunæ si cum linea Martis apparebit, & duæ rectæ, longæ, profundeque per-

manserit, & coloratæ, vt nobis hæc innotescit figura.



FIGVRVA LXXIX.

IN armis, malitijs, æquibusq; inclinabitur; in ludis etiam, vt in rebus igneis.

Et cum Lunæ has, & Martis lineas antedictas tertia sequeretur linea, & fuerit Mercurij; omnesq; longæ, & rectæ cum erunt; sic inuentionibus, vt in occulta Philosophia fortuna frue-

fruetur; è contra coniecturabitis hæ cum interruptæ fuerit lineæ, aut intrinsecatæ, vt benè hæc nobis patefacit figura.



FIGVRA LXXX.

TAlem hominem afflictum; fortunatumq; in eius omnibus actionibus futurum coniecturabitis; grauia ei minantur pericula; linearum harum coniecturatio debet assumi in cõformitate situationum in quam intrinsecatio-

nes,ruptionesquè cadent.

Et linea Lunæ, quando cum Iouis linea in correspondione fuerint,& omnes duæ in apparentia,longitudine,& rectitudine,vt infra videtis in figura posita.



FIGVRA LXXXI.

NEgotia talis omnia feliciter æuenient. Et quando supradictas lineas,aliæ duæ similiter,rectæ,longæ,& profundæ comitarentur

tur lineæ; & illæ Solis fuerint, & Veneris; ad thesauros,& cęlatas inueniendas inclinabitur; & si cum linea Iouis,& Lunæ solummodo Veneris adesset linea;mulierum causa hęreditates expectabit,& propter matrem,& vxorum eius præcisè, & si præfuerit linea solaris; apud dominos donationes,& munera portendit.

Et lineæ omnes hæ 4.in eorum societate cũ Saturni lineam seruauerint; fortem bonæquè complexionis,longæ vitæ,& maximorum consiliorum hominem portendunt.

Et cum vniformiter eum alijs aderit linea Mercurij;eius studiorum causa maximè futurũ existimationis prædiscit.

Et si pro illa Mercurij,Veneris illa fuerit; suæ vxoris causa hæreditates possidebit.

Tot hę lineæ cum interruptæ aut intrinsecatæ videbuntur,figura hæc manifestat.

Fi-



FIGVRA LXXXII.

Contrarium totum dicti conie&urabitis: Ratione Mercurij ingenij incapacitatem; cum Venere incurabilem infirmitatem; pro Marte, vulnera, & carceres, ob Saturnum; infortunia, carceres, longasq; infirmitates.

Primæ Cancri faciei dominatrix est Venus; & quando, cum gradu prædicto primo, latum signum ascendet, negotiatores, & magnopere diuitijs plenis homines celebrat, & si cum gradu

du antè dicto fortunæ aderint aspectus boni, maiores possidebit diuitias, & si Mars gradum prædictum cum bono inspiceret aspectu, eiusdè hominem animosum signant, & si eum aspiceret Saturnus; nauta, aut piscator erit, aut hospitator, & hostes fuerit.

Quando cum secunda facie Cancer ascendet, quem dominatur Mercurius, qui ab vndecimo gradu incipit, ad piscationem homines inclinat, & in maiori eorum vitæ temporis parte in aquis commorabuntur, & sicuti aspectus à Planetis beneficis receptos, sic eorũ fortunę erunt, à bonis percipiet bonum, & malum à malis.

Quando tertia ducens faciem Cancri signum ascendet, quæ in Lunæ dominio est cum 21. gradu, indicat homines vatatores, & varijs plenos cogitationibus, erunt odiosi, & veritatis inimici, pessimaquè eorum erit natura.

Et Mars aspectum maleficum seruando cũ 21. gradu, aut Saturnus; ad falsum afferendum homines inclinat. Cancri numerus in se ipso continet 130. & ex quatuor componitur Planetis, & sunt Mars, Sol, Venus, & Mercurius.

De

De signo Leonis.

SIgnum Leonis, quando ascendet homines reddet pulchri aspectu; oculo seruabunt lucidos,& sblendentes, magni erunt capitis, & eius capilli,magis ad rarum, quam ad fultum inclinabunt;formata, optimeq; quadrata eius erit frons;collum magis ad magnitudinem, quam ad paruitatem verget,spatulas,pectusq; magnum, albicans totaliter vultus eius non erit,sed citrinum colorem prædicit.

In ima cuspide nasus eius honestè fuerit magnus dentes potius parui, quam magni erunt, validam, fortemq; perficiunt complessionem; actiones inuictę,magnanimęq; perseuerabunt; verum, qui Leonis signum in ascendente habuerint,erunt iracundi,& primorum motuum; semper cum Leo, ascendet versus renes neum habebunt, & quando primam ducens faciem ascendet; magnus in renibus prædictus neus fuerit.


Cum tertia ducens faciem ascendet Leo; pulchri vultus conficit homines,& peculiarem gratiam in eorum seruabunt aspectibus; circa ventrem perseuerabit neus quidam; & hoc cũ apparuerit signum, omnibus in eorum tertiæ ætatibus vigilantes permaneant; primo in pueritia vsq, ad 10. annum,secundo in pueritia in anno 20.& tertia in virilitate, vsq; ad 50.annum;nam in his ętatibus maxima eum sequẽtur pericula.

Quan-

Quando cum tertia facie ascendet Leo, homines in corpore signatos denotat, cum accidentalibus signis, & hęc vulnera, apostemataq. fuerint; & inter alia signa, quę possidebit; ei in testibus fuerit fixum neum, & tale signum amplectens; debet valdè animaduertere ruptionẽ, & in testibus affectus, & in qualibet alia verendarum parte.

Semper, ac Leonis signum ascendet, vt longam, rectam, profundamq; lineam homines seruent Solis efficit, & in medio profundabitur huius Solaris lineę maior pars, & hoc, quia Sol vnam tantum possidet domum, pro qua Leonis venit signum; & in medio lineæ quando profunditas perseuerabit; in ascendente, nec bonos, nec malos adesse Planetas coniecturabitis, & quamuis aliæ adfuerint lineæ, in illa profunditate non inspicientur, vt Solis deuelabit linea, & quo capillares illas reddit Luna, eo profundas Sol.

Et si linea ipsa totaliter integra, longa, recta, profundaq; fuerit, vt in figura 83. videtur.



Fi-



FIGVRA LXXXIII.

Hominem magni talenti futurum esse dicatis; & quamuis vilis eius fuerit ortus, dominabit, & sub suo imperio ducet gentes.

Et si dicta Solis linea esset diuisa in plures partes, aut intrinsecata fuisset; angustiæ, & dominorum sunt coniecturandæ persecutiones; & si in linea dicta, & situatione; aliquæ aderunt circulares figuræ, vt infra patebut in posita figura.

Fi-



FIGVRA LXXXIV.

RVptionis infirmitatem seruabunt, & quãuis aliquæ adessent foueusculæ; circa verendas etiam impedimenta prædicent; & si sphærica, & circularit præfuerit figura; oculorum possunt expectari perditiones; verum si à dextera apparebit parte, in dextera, si sinistra in sinistro.

Et si linea Solis prædicta ramusculos assumeret ascendentes, & descendentes, aut cum ipsa

ipsa linea intrinsecabuntur,& Solis situatione, exponetur vulneribus.

Et si caratterus in situatio aliquis permaneret instar graticulæ;longas prædices carceres, & si aliquis veluti semicirculus ascendens in superiori parte ad Mercurij situationem; in capite vulnera ædicit;& si semicirculus prædictus ad inferiorem descenderet partem in Veneris situatione, & Mercurij; in aquis portendit immersionem.

Verum si solarem lineam, linea illa Martis sequeretur,& rectæ ipse essent,& profundę.Inimicos fore superaturum perdiscit; & valdè apud Principes,dominisq; existimabitur.

E contra coniecturabitis,quando lineæ prędictæ ruptæ, & discontinuæ fuerint; & quanto à ramusculis illæ intrinsecabuntur,tanto inimicorum persequutiones, notabiliaq; signantur infortunia.

Et si in prædictæ solaris lineæ societate illa Iouis esset,& ambæ in bono aspectu, vt in figura 85.sit clarum.

Fi-



FIGVRA LXXXV.

SVum mutabit ſtatum, & ex paupere euadet diues; ſemper cum prædictæ duæ lineæ longitudinem ſeruauerint cum rectitudine, & profunditate, vt (fuit ſupra dictum;) Solem in eius conceptionis tempore cum Ioue in bono fuiſſe aſpectu, & huius cauſa fortunabitur homo. Fecit continua mea obſeruatio in his, vt inuenirem, ſic Solem, vt Iouem in Regijs fuiſſe ſtellis; & cum eorum Leone præcipuè; & quando

antedicta Regia stella, cum Sole, & Ioue non fuisset; cum ascendente perseuerasset.

Et quando interruptæ fuerint, & intrinsecatæ prædictæ duæ lineæ; legistorum, Ecclesiasticorum, & similium hominum persequutionem expetunt, & hoc cum lineæ supradictæ fuerint discontinuæ, intrinsecatæ aut interruptæ accidet; & cum mediæ fuerint inter ramusculos ascendentes, & descendentes perpendiculariter; vulnera coniecturabuntur.

Quando linea Saturni, Solis lineam comitaretur, & vniformes erunt in rectitudine, longitudine, & profunditate; maxima, sic in agris, vt in ædificijs ornabitur fortuna.

Verum interruptæ si aderunt, magnas paupertates, miseriasq; conuocat.

Et si illæ cum aliquibus intrinsecabuntur ramusculis, vulnerabitur absquè vllius erroris talis hominis suppositione.

Cum linea solaris ad lunarem accederit lineam, & abæ in bona elucescerent forma, nempè sic in rectitudine, vt in longitudine; magnopere apud magnos Dominos prævaliturum prædicas hominem, & hę cum inspiciuntur lineę; diuites ostendunt vxores.

Et in huiusmodi apparentias cum videbitis lineas; Solem in eius conceptionis tempore cũ Luna boni fuisse aspectus; & ob hanc causam solares, lunaresq; produxerunt lineas in bono illo aspectu.

Et

Et lineę prædictæ, quando discontinuæ, & diruptæ erunt ab eius inimicis prouocabitur,

Et ab alijs intrinsecantur lineis, prædictæ lineæ viaticorum causa infortunia sunt coniecturanda, & à latronibus furabitur,

Quando linea solaris fuerit cum linea Mercurij, & ipsę longę rectę, & profundę erunt, Principum, dominorumq; erarium futurum portendit.

Et si illę sint interruptę; falsę coniecturabuntur accusationes,

Si intrinsecatæ, proditiones, & infortunia.

Cum Veneris linea, quando illa Solis videtur linea, & in bona forma erunt illę, vt de alijs verba fecimus magnos expectabunt honores; ab omnibus vniuersaliter amabitur, & fortunę acquiret bona, sic dominibus medijs, vt propter nobiles mulieres.

Et si in plures partes erunt diuisæ prędictę lineæ, dedecorabitur mulierum causa.

Et si cum ramusculis ad inferiorem partem descendentibus intrinsecabuntur; maximam conuocant libidinem,

Et Cum hi rubeos seruabunt oculos; omniū libidinosissimi erunt.

Prôtis valdè res existimata Methoposcopia est, in qua apparentibus medijs lineis, quòd secundæ in nostris possunt influere sublunaribus corporibus deuelatur.

Vnum quid cęleste à Methoposcopia simul cum Physonomia fieri à me non negatur;& hę duæ quando Astrologiæ vniuntur, perfectum effici compendium Armonię cęlestis asseritur.

Quando Leo primam assumens faciem, quam dominatur Saturnus ascendet; & illę cũ primo gradu signi;pessimorum,peruersorumq; morum reddet homines, erunt deceptores, & segnes,& aliquantulum raucam seruabunt vocem,& in prędicto signo aderit Mars, aut cum malo ducens aspectu.Segnium premium,idest faciei portendit incisionem, aliaq; in suo corpore vulnere,erunt infortunati, pleniuè miserijs.

Et si hunc gradum Iouis perspiceret cum benefico aspectu,aut Venus fuerit,erunt fortunatij,diuitijsq; pleni.

Secundę faciei dominator est Iouis,& quãdo 11.gradus prędicti Leonis ducens ascendet, in honestos, & libidinosos conuocabit homines, & paucarum virtutum, & si in tali gradu prę fuerit Mars,erunt adulteri;verum si Saturnus temerarij,& infames.

Et cum in prędictos 11. gradus duę fortunę fuerint, aut ad illos beneficos immitterent radios;honestatem,modestiam,bonosq; signabit mores.

In Martis dominio est tertia facies,& signũ Leonis cum 21. gradibus, quando ascendet

prę-

prędictis signi; homines affabiles, beneficos, liberales, magnanimos, virtutibus plenos celebrat.

Et si cum talibus gradibus erit Iouis, aut in illis beneficos immitteret aspectus; homines fortunatus, sic in Ecclesię, vt in temporali statu configurat.

Contrarium signant, quãdo duo erunt infortunia, aut aspicerent eos cum aspectu malefico; nam quòdlibet gentis genus eos homines persequetur.

Quando nec mali, nec boni aspectus fuerunt Planetarum in prędictis 21. gradibus; tales homines nascentes sub hoc dominio fœlicissimas secundasq; seruabunt fortunas.

Leo continet numerum 43. & ex tertia componitur Planetis, ex Sole, Mercurio, & Luna.

De Signo Virginis. Cap. 15.

Virgo semper cum ascendit; mediocrum membrorum homines ducit; potius graciles, quam magni erunt; capud maximam nõ seruabit magnitudinem; eius frons valdè fuerit plana, nasus ad longitudinem, quam ad breuitatem verget; facies ad paruam potius, quã ad magnam inclinabit. Hos Virginem habentes pro ascendente nunquam rotundam habuisse faciem longa experientia fuit comper-

tum;sed semper longam tendentes,eorum carnium color,magis ad nigrum inclinans,quam ad album amplectitur, leues sunt in ambulando,& præcipuè in passuum æleuatione; erunt bonis dediti studijs,& in nouis inueniendis rebus versati.

Quando Virgo primam demonstrans faciem ascendet; leto visu signabit homines, & proportionatorum membrorum, se cum mulieribus libenti animo complacebunt; erunt rationabiles,& delectabilium discursuum; in spatulis,aut lumbis, naturali signabûtur signo. Semper cum tali fruentur signo primam admittens faciem dictam; diuersis fuerunt in eorum pueritia dediti infirmitatibus; & ad naturam vertentes ætatem;complexionis mutatione incolumiores æuadent.

Neus in lumbis persistens;magis fortunatus erit illius in spatulis illum habentibus.

Quando Virgo conducens tertiam faciem ascendet;potius magnos reddet quam paruos homines;circa genua portabunt neuos, & maximo hornabuntur ingenio;erunt mutabiles,& nunquam in eodem tenore manentes, tamen bonas figurabunt loquelas,& gratiosos discursus.

Cum prima facie;bonorum erunt morum.
Cum secunda,docti diuitijsq; pleni.
Et liberales,iusti,& pij cum tertia.
Virginis hoc signum,est domus Mercurij lineam

neam profundiorem reddit alijs in eius fronte situatis.

Et longitudinem, rectitudinem, & profunditatem Mercurij ostendens linea, Mercurium in eius conceptionis tempore, in Virginis signo fuisse coniecturabitur; quæ sua domus, & exaltatio est; et illius qui obseruatur ortus fuisset diurnus; magnopere profundam videbitis lineam Mercurij, magis à sinistra, quam à dextera profundabitur quam à sinistra.

Si indirecta, & diuisa in plures, diuersasquè partes linea Mercurij apparuerit. Mercurium suum in sua conceptione minimè boni fuisse aspectus cum luminaribus, & duabus fortunis.

Cum linea Mercurij fuerit intrinsecata, aut aliqui aderunt ramusculi supræ, & infra ascendentes, vt hæc infrapofita figura præscribit.



FIGVRA LXXXVI.

MAleficum, impium, crudelitateq; plenum futurum coniecturabitis hominem.

Et si solum fuerit interrupta linea mercurialis omni præcisa intrinsecatione, falsarium homicidam futurum portendit hominem, & sic per eius malefacta, vt causa enormium homicidiorum exulabit à sua patria.

Harum linearum qualitates, semper cum alijs apparentibus sunt coniecturandæ lineis, quæ

quæ in eorum societate sunt; & si interruptæ an intrinsecatæ sunt videndum.

Et si e.g. linea Mercurij, Lunæ assumeret lineam, & ambæ malè fuerint in eorum situatione repositæ; quòd vxorem causa arripiendi eius bona occidet.

Et si prædicta Mercurij linea in mala fuerit posititione cum linea Veneris, modo, quo cum illa Lunę fuit; proditoria coniecturabitis homicidia.

Si cum linea solari; exilia, & carceres.

Si cum linea Martis, ignea incendia, & arma.

Si cum linea Iouis; magnopere Ecclesiasticorum causa vexabitur.

Si cum linea Saturni, propter venena, & incantus.

Hæ coniecturationes solum sunt attendendæ; cum duæ illæ lineæ eiusdem erunt formæ.

Et si e. g. cum linea Mercurij linea Lunæ præerit, & omnes tres eandem clauderent formam, vt in 87. figura videndum.

Fi-



FIGVRA LXXXVII.

POterit coniecturari, primo propter Mercurium ad Lunam, quòd vxorem suam occidet, & secundo ob Mercurium in Saturno, offendendos esse alios medijs venenis. Totum, quòd de Luna, & Saturno pronunciauimus, de qualibet intelligendum situatione, quæ in fronte orietur.

E contra signabit, quando recta, longa, & in eius societate linea lunaris fuerit; nam maxima

ma posset excogitari felicitas in negotijs; illi dantur nunciationes, & præmia valdè honoranda. Astrologi, horum Mercurium in eorum conceptionis tempore trinum fuisse cum Luna, & cum bono Iouis, Venerisq; aspectu coniecturantur.

Quandò dicta linea mercurialis in bono erit aspectu cum linea Veneris; homines in suis matrimonijs fortunatos edicit, & hæ lineæ, cũ in hac forma elucescent; Venerem, Lunemq; in suæ conceptionis tempore Mercurium inspicere in ascendente cum aspectibus beneficis dictis.

Cum in bona correspondentia Mercurialis correspondebit linea lineæ solari, causabitur homo fortunatus, & in principium, magnorumq; dominorum negotijs versabitur; in viaticis præcipuè magna fruetur fortuna, & hæ solares lineæ quando obseruabuntur, & Mercurij, & longę, rectęq; fuerint. In tempore suæ conceptionis Solem, & Mercurium, in ascendentis angulo fuisse, & ideò illas linearum essformationes effecerunt longas, & directas.

Et si Mercurij lineæ, linea Martis correspondebit, & eandem bona ambæ seruarebunt apparentiam, in militia fortunatum futurum esse, & in ludis, igneisquè etiam inuentis dicatis.

Et si, linea Mercurij, recta, longa benequè fuerit profunda, & in illius conformitate præ-

erit

erit linea Iouis; talis homo magnus euadet prælatus,& minister magnus in temporali.

Si linea Mercurij cum linea Saturni bonam seruabunt apparitionem, magna ingenij acuties;profundæ cogitationes, æleuatasq; speculationes. Erunt prædictores malinconiæ causa prædominantis, & vt plurimum futuras solent prædicere res.

Et quando ascendit Virgo,& tali signo sunt Mercurius,& Sol;hos producunt effectus;nempè vaticinantem hominem.

Primæ Virginis faciei dominator est;Sol, & quando Virgo cum primo gradu ascendit ad nobiles actiones homines inclinat;& ad maximos ascendet gradus,eorum medijs bonis virtutibus;cum Regibus,& maximis dominis versabunt.

Quando in hoc Virginis gradu primo ad fuerit Mars,aut cum malo aspectu; meleficos demonstrat homines verum cum Iouis aderit, aut Venus;nobilium gratiosorum, pulchrorumq; aspectuum illos efficiet.

Si Veneris dominio est secunda facies, & Virginis signum,quando admictens 11. gradus ascendet prædicti signi, ad scrimiam inclinat homines, delectabuntur in armis; erunt nobili animi,& bonam assument fortunam, eorum vxorum causa;& si Iouis, aut Venus in talibus gradibus non præfuerint, aut illis bonos darēt aspectus; violenta morte perituros dicatis, &

iuxta

iuxta maleficorum aspectuum conformitatẽ Martis, & Saturni eis accidet mors.

Tertia facies est in prædominio Mercurij, & signum cum prædictum Virginis erit 21. gradum ducens, & ascendet, quòd principium est dictæ tertiæ faciei, producit homines excellẽtes, negotiatores, & iudicandi honores ob eorum probas qualitates assument, & eos valdè credent Principes, & quo fortunati fuerint Planetæ aspicientes illud signum, eo erunt eorum fortunarum gradus.

Numerus totus Virginis 101. continet, & in illius compositione 4. accedunt Planetæ; nempè Iouis Mars, Venus, & Luna.

De signo Libræ. Cap. 16.

Libræ quando ascendet signum, valdè delectabilis apparentiæ signabit homines: erunt sanguinei, & iouiales; magis rotunda eorum erit facies, quam longa; eorum supercilia, valdè benè formabuntur; pulchrum seruabunt nasum, iustæ simetriæ faciei respondens; Os, pulchrosque dentes annectent; gula eorum, aliquantulum alta, fuerit probeque formata.

Semper libræ signum ascendens; succorum plenes reddit homines, nec multam maciem admittentes, nec pinguedinem; pulchro ornabuntur colore, & apparentia.

Quando signum Libræ cum prima facie ascen-

ascendet naturalibus neuorum signis, signabit homines in facie,& vt plurimus dabit eis cicatrices quasdam in vultu.

Signa,quæ in facie seruauerit; si in dextera parte erunt, magnopere fortunabuntur cum mulieribus,& contrarium,si in sinistra parte.

Signum prædictum,quando ascendet cum secunda facie reddet homines pulchrorum oculorum,& læti visus circa coxas,& eius natas signabuntur naturalibus neuorum signis ; & si à dextera parti collocati fuere neui,in negotij multum fortunatum expectabunt;verum si à sinistra;gallico erunt dediti morbo,& pestilentiali malo.

Signum prædictum quando cum tertia facie ascendet, rendet homines pulchrium corporum, & aspectuum delectabilium , & genitalibus habebunt neuos ; & potius eis accidet malum , quam bonum, horum signorum causa.

Cum prima Libræ facie ; inclinat homines malignos,& deceptionibus plenos.

Cum secunda facie;homines sblendidos,liberales,magnanimosq; demonstrat , & magna fortuna,magnisq;fruentur diuitijs.

Homines veridicos,honestas,pios, fortunatos,& dignitates, dominiosq; portantes cum tertia facie prædicit.

In prima facie Luna minatur ,duos terminos maleuolos; eorum primus in 28. anno suæ

ætatis fuerit, & in 42. annos secundus, & erit 6. climatericus; & si primus 28. fuit in climaterico 4. & maximum duxit periculum; multo magis portendis secundus 42.

In Saturni dominio persistit secunda facies; & solum vnum ei prædicit terminum, & in 5. climatico fuerit, & in anno 35. suę ętatis.

Faciem tertiam dominatur Iouis; & duo configurat pericula; primum in 14. anno ætatis suæ, & erit 2. Climaticus, 2. in anno 42. fuerit 6. climaticus.

Libræ semper cum ascendit signum; homines Veneris lineam profundiorem demonstrantes efficit lineis alijs in eius fronte signatis.

Et si cum Libra in ascendente fuerit Saturnus, quæ sua est exaltatio, non adeò faciliter Veneris lineæ cognitionem habebitis, vt de hoc Vos certi fiatis, eam diligenter obseruetis; cum in hoc passu magis Phisonomicus, quam Methoposcopus esse debeat homo; nam vt Physonomicus, statim incontemperamenti cognitionem venire potest; ex hoc an Venereus, vel Saturninus sit homo coniecturabitis; & ad nostrum reuersus discursum; dico, quòd iuxta gradus illos in quibus erit Saturnus Libræ præcipuè perdifficile fuerit Veneris lineam cognoscere, ad hoc vt Saturni præualeat linea, & linea Veneris in tertia appareret situatione, illa Saturni in septima; secundum tria Saturnus

in

in Libra præualet; in angulo orientali, in exaltatione, vt nemo suis viribus oppugnare poterit; & hanc ob causam, maiori conatu eius imprimitur linea in fronte, & sola Naturalis Physionomiæ obseruatione, hæc omnia aduertere potestis, nam hanc ob causam, in Methoposcopiæ societate posuimus.

Inter Saturni, & Veneris differentias inferēdas, & inter alias; Veneris caro est alba, & rubicunda, & illa Saturni ad nigrum vergit; Venerei dentes pulchri, albiq; sunt, & turpes, maleq; positi sunt illi Saturni.

Igitur cum magis à dextera, quam à sinistra parte profundatur linea; eius natiuitatem diurnam fuisse coniecturari poterit, & si à sinistra tantum parte apparuerit profunditas; nocturna fuit; vobis palam facio; in tantum in hāc apparitionem. Planetam in exaltatione persistere in quantum in propria fuerit reconditus domo; & si 5. dignitates in propria domo possidet, 4. in exaltatione prædicit.

Si Libræ signum cum Venere fuerit in ascēdente, maiorem Venus obtinebit vim; & quādo tertia qualitates annectens linea perspicitis necessarias; id est lōgitudinem, rectitudinem, & profunditatem; & in eius reconditus exaltationes fuerit Saturnus ascendens; debebitis tertia in fronte lineam apparentem aduertere, & omnes Veneris prorsus qualitates, in illa morabunt.

Et

Et si prædicta linea Veneris, recta, longa, profundaq; fuerit, vt dixi; talem hominem huiusmodi ducentem lineam;coniugiorum causa fortunatum futurum esse portendit,& donationes hæreditatesq; recondet.

Et si eandem portans rectitudinem, longitudinem,& profunditatem solaris linea cum illa Veneris videbitur; in actionibus suis omnibus fortunabitur;& hoc cum acciderer, posset dici,Solem,& Venerem in suę conceptionis tempore,interse boni fuisse aspectus;inuaditiarum tales homines erunt amatores,& à principibus,mulieribusq; nobilibus amabuntur.

Et si lineam Veneris illa Martis comitaretur, & vt illa Veneris,bonam seruabit formam,fortuna hornandum fore in ludis, & valdè à mulieribus amabuntur; & quando in supradicto modo Martis lineam videbitis;non solum Martem, & Venerem inter se boni fuisse aspectus, verum etiam cum luminaribus in suæ conceptionis tempore in trino fuisse cõiecturabitis.

Si cum linea Iouis benè apparuerit linea Veneris,in rectitudine,longitudine, & profunditate, vt infra notandum in 88.figura.



FIGVRA LXXVIII.

IN negotijs suis omnibus à fortuna adiuuādum fore coniectur abitis; si in sæculo fuerit, Dominus erit, maximusq; Prælatus si in Ecclesiast eo.

Quoties prædicta Veneris, Iouisquè linea videbitur, eo modo, quò in supracitata figura fuit notatum; toties longa frui vita videbitis; & valdè perfecta, probeque dis-

dispofita eius perfiftet complexio ; & in hac apparitiones gradum fiftendo ; Iouem , Veneremquè in Tri no permanere putabitis , cum afcendente , & cum Venere in fuæ conceptionis tempore , & femper cum , has fic efformata confiderabitis duas lineas , tales naturali morientur morte ; Deo placente.

Quando linea Veneris in Saturni coniunctione lineæ præfuerit,& çqualiter recta,longa, & profunda præfuerit ; iuxta aliarum dictarum conformitatem ; hominem quietis tranquillæq; pacis amantem edicit, & ex paupere biues æuadet.

Semper cum fimul fuerint lineæ prædictæ,vt fupra dictum eft , ad multam prolem generandam inclinat homines,& fortunatæ erunt illæ , & caufa legatorum , & mulierum donationum, & propter ædificia ; præcipuèq; propter agros.

Si linea Veneris erit in confortio Lunæ , & rectæ , longæ profundequè fuerint illæ , vt de omnibus alijs dictum fuit ; in nobilium mulierum coniugia facienda erunt fortunati.

Et fi linea Veneris vniformis fuerit cum linea Mercurij , & ambæ eandem in fe clauderent formam, & paritionem; cum omni genere gentium fortunabitur.

Iti,qui quas duas fic apparentes lineas, fer-

uabunt; in musica, & rebus valdè pulchribus delectabuntur; etiam fortuna apud Principes magnosquè Dominos fruentur; & ei multa fidabunt secreta; & quo profundiores eorum fuerint lineæ, eo maiores demonstrabunt fortunas.

Quando Veneris linea, iam dicto oppugnabitur, idest, quòd interruptæ, intrinsecatæ, & alterius malæ apparitionis, & idem Libræ signum esset ascendens; tales lineas illos habentes, vt in infraposita figura sit clarum.

FI-



FIGVRA LXXXIX.

SAturnos viles homines esse mendaces falsarios, & malorum morum coniecturabitis.

Et supracitata linea, cum taliter malè apparuerit; talem falsarium in suis genitoribus futurum esse edicit.

Et si instar maris vnda erit linea Veneris;

per aquas viaticos coniecturabitis; & in illis submersionis periclitabitur.

Si linea antedicta Veneris, circa partem infimam curuabitur in situatione Mercurij,& Lunæ;terreos efficiet viaticos.

Si vndu0sa, curuata, intrinsecata; quòd ad suam amplius non reuertetur patriam edicit; sic formatas cum inspicitis lineas; Saturnum eius dominare ascendentem coniecturabitis; & aspectu malefico, sic à luminaribus, vt à duabus fortunis inspici; Saturnini loci pessimi sunt decimi, septimi, è quarti, & omnium locorum pessimus, est in nona, & sexta permanentia eius; & quolibet angulorum se præsens, & cum quinta legalibus malos efficiens aspectus; malum, & non bonum portendit; si aderit in medio cœli; erit quatrati in ascendente; si in septima, erit oppositionis cum ascendente; si in quarta, similiter cum ascendente prædicto quatrati erit; si coniunctionis fuerit; erit valdè peior; si in decimo fuerit; erit suæ matri offensionis; si in septima suæ vxore; & si in quarta patri. Effectus isti; à Planetis in fronte malæ positionis apparentibus causantur.

Quando Veneris linea; illam Solis sequitur, & illæ interruptæ ambæ, & intrinsecatæ fuerint, filiorum perditio celebratur, &

& illi talia linearum genera seruantes; quòd in honore, & bonis minimè fortunati erunt dicatis, & hoc cum accidit; quòd talem linea ducet formam; Solem in eorum conceptione cum Venere in oppositione fuisse conjecturabitis.

Et si lineam Veneris ruptam, aut intrinsecatam inuenietis, & in eadem forma cum illa Martis vniretur; vt hæc demonstrat figura 90.



FIGVRA LXXXX.

PRopriorum amicorum traditorem futurũ perdifcit;erit rerum ignominiofarum autor,& libidini fubditus,& fi interruptæ, aut intrinfecatæ fuerint lineæ prædictæ, vt in hac inferiori figura patet.

Fi-



FIGVRA LXXXXI.

A Violenta inuasurum morte esse prædicit.

Si linea Veneris esset in consortio lineæ Iouis, & illæ in mala præessent forma, vt de linea Martis pronunciatum fuit, crapulatorem futurum, & maximè lussuriæ deditum hominem conducit, & sic cum elucescet linea Veneris, Iouisq; tam Venerem, quam Iouem in eorum cõceptionis tempore infortunatos fuisse dicatis.

Si

Si linea Veneris malæ præcincta formæ cum Saturnina linea fuerit;grauia , maximaq; possunt expectari pericula , & in tempore conceptionis eorum; Venerem , & Saturnum , non solum inter se , verum cum luminaribus quadrati fuisse præscribit ; cum in huiusmodi mala situatione lineæ hæ patebunt; ab altis,præcipitosisq; locis nè cadant se caueant ; & si intrinsecatæ, sic cum Venerea , vt cum Saturnina linea erunt;in aquis immersionem,& suffocationem coniecturabitis;& si amplius malè formatæ fuerint ; per collum suspendentur signo Libræ in ascendente permanente,hæ sunt admittendæ propositiones.

Si Venerea linea , in mala societate cum linea lunari fuerit, & ambæ illæ essent ruptæ , & intrinsecatæ;infortunatum hominem ducit;erit carceribus , inimicorum persecutionibus præditus;& quanto illas ramusculi intrinsecabunt, & dirumpent; tanto mulierum causa coniecturabitis infortunia , sic igitur lineæ prædictæ cũ videntur;ascendentem, Venerem,& Lunam inter se in tempore conceptionis malos seruasse aspectus.

Cum interruptam , & intrinsecatam lineam Veneris videbitis,& in eadem forma perseuerabit linea Mercurij;infortunatum , maliq; ingenij talem hominem futurum esse celebrat ; multis turpibus vitijs inclinabitur ; & si vna, & altera linea dirupta,& intrinsecata fuerit,& ramu-

musculus aliquis medius illas intrinsecaret; duo coniecturantur; venenum vnum, & mulierum fascinia alterum.

In Lunæ dominio est Libræ prima facies, & Libræ prædictum signum cum primo gradu, quando fuerit; homines pulcherrimæ formæ delectabilium aspectuum, & pulchræ gulæ efficiet; verum Saturno præsente in proprijs ascendentis gradibus; homines erunt sauij; & si Iouis aut Venus ad fuerit, aut cum ascendente ipso bonos seruabunt aspectus; amabiles, ingeniosi, & fortunati erunt.

Secundam faciem dominatur Saturnus; & ascendens, quando cum gradibus prędicti signi erit; homines malæ, & pessimæ naturæ obseruabitis, ad infirmitates illos inclinat, & hydropisi deditis; corpus valdè obseruabitis tumidum, & quando Iouis præerit in his 11. gradibus, aut Venus cum aspectibus bonis; ab hydrope affecti non morientur, & si à Marte aut à Saturno mali aspectus gradus ipsi inspiciuntur; longa minimè fruentur vita; quæ ad summum vsquè ad 22. annum eorum ætatis extenditur.

Iouis est tertia faciei dominus; & ascendens; quando cum 21. gradibus ascendet Libræ; ad scientias possidendas inclinabit homines; in Matematica, Geometria, & Astrologia delectabuntur; & si Iouis præerit aut Venus, aut beneficos ducerent aspectus; fortunatos, digni-

ta-

in Libra præualet; in angulo orientali, in exaltatione, vt nemo suis viribus oppugnare poterit; & hanc ob causam, maiori conatu eius imprimitur linea in fronte, & sola Naturalis Physonomiæ obseruatione, hæc omnia aduerter e potestis, nam hanc ob causam, in Methoposcopiæ societate posuimus.

Inter Saturni, & Veneris differentias inferēdas, & inter alias; Veneris caro est alba, & rubicunda, & illa Saturni ad nigrum vergit; Venerei dentes pulchri, albiq; sunt, & turpes, maleq; positi sunt illi Saturni.

Igitur cum magis à dextera, quam à sinistra parte profundatur linea; eius natiuitatem diurnam fuisse coniecturari poterit, & si à sinistra tantum parte apparuerit profunditas; nocturna fuit; vobis palam facio; in tantum in hāc apparitionem Planetam in exaltatione persistere in quantum in propria fuerit reconditus domo; & si 5. dignitates in propria domo possidet, 4. in exaltatione prædicit.

Si Libræ signum cum Venere fuerit in ascēdente, maiorem Venus obtinebit vim; & quādo tertia qualitates annectens linea perspicitis necessarias; idest lōgitudinem, rectitudinem, & profunditatem; & in eius reconditus exaltationes fuerit Saturnus ascendens; debebitis tertia in fronte lineam apparentem aduertere, & omnes Veneris prorsus qualitates, in illa morabunt.

Et

Et si prædicta linea Veneris, recta, longa, profundaq; fuerit, vt dixi; talem hominem huiusmodi ducentem lineam;coniugiorum causa fortunatum futurum esse portendit,& donationes hæreditatesq; recondet.

Et si eandem portans rectitudinem, longitudinem,& profunditatem solaris linea cum illa Veneris videbitur ; in actionibus suis omnibus fortunabitur;& hoc cum accideret, posset dici,Solem,& Venerem in suę conceptionis tempore,inter se boni fuisse aspectus;inuaditiarum tales homines erunt amatores,& à principibus,mulieribusq; nobilibus amabuntur.

Et si lineam Veneris illa Martis comitaretur, & vt illa Veneris,bonam seruabit formam,fortuna hornandum fore in ludis, & valdè à mulieribus amabuntur ; & quando in supradicto modo Martis lineam videbitis;non solum Martem, & Venerem inter se boni fuisse aspectus, verum etiam cum luminaribus in suæ conceptionis tempore in trino fuisse côiecturabitis.

Si cum linea Iouis benè apparuerit linea Veneris,in rectitudine,longitudine, & profunditate,vt infra notandum in 88.figura.

O Fi-



FIGVRA LXXIII.

IN negotijs suis omnibus à fortuna adiuuādum fore coniecturabitis; si in sæculo fuerit, Dominus erit, maximusq; Prælatus si in Ecclesiast eo.

Quoties prædicta Veneris, Iouisquè linea videbitur, eo modo, quò in supracitata figura fuit notatum; toties longa frui vita videbitis; & valdè perfecta, probecquè dis-

disposita eius persistet complexio ; & in hac apparitiones gradum sistendo ; Iouem , Veneremquè in Trino permanere putabitis , cum ascendente , & cum Venere in suæ conceptionis tempore , & semper cum , has sic efformata considerabitis duas lineas , tales naturali morientur morte ; Deo placente.

Quando linea Veneris in Saturni coniunctione lineæ præfuerit,& ęqualiter recta,longa, & profunda præfuerit ; iuxta aliarum dictarum conformitatem ; hominem quietis tranquillæq; pacis amantem edicit, & ex paupere diues æuadet.

Semper cum simul fuerint lineæ prædictæ,vt supra dictum est, ad multam prolem generandam inclinat homines,& fortunatæ erunt illæ , & causa legatorum , & mulierum donationum, & propter ædificia ; præcipuèq; propter agros.

Si linea Veneris erit in consortio Lunæ, & rectæ , longæ profundequè fuerint illæ , vt de omnibus alijs dictum fuit ; in nobilium mulierum coniugia facienda erunt fortunati.

Et si linea Veneris vniformis fuerit cum linea Mercurij, & ambæ eandem in se clauderent formam, & paritionem; cum omni genere gentium fortunabitur.

Iti,qui quas duas sic apparentes lineas, ser-

uabunt; in musica, & rebus valdè pulchribus delectabuntur; etiam fortuna apud Principes magnosquè Dominos fruentur; & ei multa fidabunt secreta; & quo profundiores eorum fuerint lineæ, eo maiores demonstrabunt fortunas.

Quando Veneris linea, iam dicto oppugnabitur, idest, quòd interruptæ, intrinsecatæ, & alterius malæ apparitionis, & idem Libræ signum esset ascendens; tales lineas illos habentes, vt in infraposita figura sit clarum.



FIGVRA LXXXIX.

SAturnos viles homines esse mendaces falsarios, & malorum morum coniecturabitis.

Et supracitata linea, cum taliter malè apparuerit; talem falsarium in suis genitoribus futurum esse edicit.

Et si instar maris vnda erit linea Veneris;

per aquas viaticos coniecturabitis; & in illis submersionis periclitabitur.

Si linea antedicta Veneris, circa partem infimam curuabitur in situatione Mercurij,& Lunæ;terreos efficiet viaticos.


Si vndosa, curuata, intrinsecata; quòd ad suam amplius non reuertetur patriam edicit; sic formatas cum inspicitis lineas; Saturnum eius dominare ascendentem coniecturabitis; & aspectu malefico, sic à luminaribus, vt à duabus fortunis inspici; Saturnini loci pessimi sunt decimi, septimi, è quarti, & omnium locorum pessimus, est in nona, & sexta permanentia eius; & quolibet angulorum se præsens, & cum quinta legalibus malos efficiens aspectus; malum, & non bonum portendit; si aderit in medio cœli; erit quatrati in ascendente; si in septima, erit oppositionis cum ascendente; si in quarta, similiter cum ascendente prædicto quatrati erit; si coniunctionis fuerit; erit valdè peior; si in decimo fuerit; erit suæ matri offensionis; si in septima suæ vxore; & si in quarta patri. Effectus isti, à Planetis in fronte malæ positionis apparentibus causantur.

Quando Veneris linea; illam Solis sequitur, & illæ interruptæ ambæ, & intrinsecatæ fuerint, filiorum perditio celebratur,

&

& illi talia linearum genera seruantes; quòd in honore, & bonis minimè fortunati erunt dicatis, & hoc cum accidit; quòd talem linea ducet formam; Solem in eorum conceptione cum Venere in oppositione fuisse conjecturabitis.

Et si lineam Veneris ruptam, aut intrinsecatam inuenietis, & in eadem forma cum illa Martis vniretur; vt hæc demonstrat figura 90.





FIGVRA LXXXX.

PRopriorum amicorum traditorem futurũ perdiſcit; erit rerum ignominioſarum autor, & libidini ſubditus, & ſi interruptæ, aut intrinſecatæ fuerint lineæ prædictæ, vt in hac inferiori figura patet.



FIGVRA LXXXXI.

A Violenta inuasurum morte esse prædicit.

Si linea Veneris esset in consortio lineæ Iouis,& illæ in mala præessent forma, vt de linea Martis pronunciatum fuit, crapulatorem futurum, & maximè lussuriæ deditum hominem conducit,& sic cum elucescet linea Veneris, Iouisq; tam Venerem,quam Iouem in eorum cōceptionis tempore infortunatos fuisse dicatis. Si

musculus aliquis medius illas intrinsecaret; duo coniecturantur; venenum vnum, & mulierum fascinia alterum.

In Lunæ dominio est Libræ prima facies, & Libræ prædictum signum cum primo gradu, quando fuerit; homines pulcherrimæ formæ delectabilium aspectuum, & pulchræ gulæ efficiet; verum Saturno præsente in proprijs ascendentis gradibus; homines erunt sauij; & si Iouis aut Venus ad fuerit, aut cum ascendente ipso bonos seruabunt aspectus; amabiles, ingeniosi, & fortunati erunt.

Secundam faciem dominatur Saturnus; & ascendens, quando cum gradibus prędicti signi erit; homines malæ, & pessimæ naturæ obseruabitis, ad infirmitates illos inclinat, & hydropisi dediti; corpus valdè obseruabitis tumidum, & quando Iouis præerit in his 11. gradibus, aut Venus cum aspectibus bonis; ab hydrope affecti non morientur, & si à Marte aut à Saturno mali aspectus gradus ipsi inspiciuntur; longa minimè fruentur vita; quæ ad summum vsquè ad 22. annum eorum ætatis extenditur.

Iouis est tertia faciei dominus; & ascendens; quando cum 21. gradibus ascendet Libræ; ad scientias possidendas inclinabit homines; in Matematica, Geometria, & Astrologia delectabuntur; & si Iouis præerit aut Venus, aut beneficos ducerent aspectus; fortunatos, digni-

ta-

tates, honoresquè possidentes reddet homines.

Libræ numerus continet 72. & in eius compositione quatuor ad sunt Planetæ, nempè; Iuppiter, Sol, Venus, & Mercurius.

De signo Scorpionis. Cap.17.

Signo Scorpionis ascendentæ, obseruantur homines valdè curuosæ faciei; capitis potius rotundi, quam longi; talesquè in hoc signo nascentes erunt longorum brachiorum; & tibiarum; magni corporis, & ad plumbeum colorem inclinabunt carnes; ducent magnum os; inæquales dentes; profunda supercilia, valdequè libidini deditі.

Signum Scorpionis cum prima facie ascendens; homines inclinat vaticinatores; pulchrium discursuum, & maximorum ingeniorum, tamen paucam ob fortunam erunt pauperes.

Scorpionis signo ascendente cum prima facie, homines naturalibus signis in brachijs signatos expetit; ingestibus, & similibus valdè etiam deditos.

Quando ascendet cum secunda faciei; præscribit homines pulchri, & probi aspectus; erũt

gra-

gratiosi in tractando,& in eorum conceptibus explicando;erunt modesti,& verecundiosi; in tractando,& in eorum conceptibus explicando;erunt modesti, & verecundiosi; in nauigatione versati, & ab hominibus semper existimabuntur; & in hac facie ducent neuos in spatulis suis.

Cum tertia facie Scorpione ascendente;homines obseruabuntur mutabiles, & pauci cerebri,erunt homicides, & malarum cogitationum,in tibijs in facie,& pedibus signantur neuis;industriosi,& vt plurimum ad falsas res cõficiendas inclinati.

Mars cum prima Scorpionis facie ; potest tribuere longos viaticos cum magna mora.

Cum secunda facie Sol ; dare potest magnam fortunam cum dominis amore, & armis.

Tertia cum facie Venus varia potest deuelare pericula,& in viaticis præcipuè.

Scorpione in ascendente, alijs profundior erit linea Martis, & cum longa, profunda, & recta erit, Martem in bono aspectu esse cum ascendente supponendum ; huius lineæ Scorpionis profunditas, magis à sinistra ; quam à dextera parte profundabitur, & hoc, quia fœmineum est signum, & si colorata esset hæc linea inter alias perfectio-

ctiones suas ; homines animosos ; valdequè nobilis animos coniecturabitis ; erunt boni milites , & militiæ causa exaltabuntur ; his apparentibus apparitionibus ; horum Martem in tempore conceptionis fortunatum cũ luminaribus, cum fortunis, & ascendentibus fuisse coniecturabitur.

Si Iouis linea cum illa Martis erit, & æqualiter rectæ, longæ, & profundæ, vt infra in præsenti figura posita.

Fi-



FIGVRA LXXXXII.

EXpertum hominem, & magni valoris in iubendo, experientijs suis vtentur principes, & magni Domini, & maxima ornabitur fortuna.

Si linea Martis vniformis cum illa Saturni fuerit, & ambæ rectæ, longæ, & profundæ fuerint apud Principes fortunatum futurum esset contendit. Etiam apud senes, Religiosos, & villicos, & erit fortunatus, sic in terreis, vt in aqueis viaticis. Quan-

Quando linea Martis in vnione lunaris lineæ erit, & in bona correspondentia illæ fuerint, in militia bonam expectabunt fortunam; & nobilibus venerabitur mulieribus, & quo vniformiores tales lineæ erunt; eo Marti felicior Lunæ fuerit aspectus.

Planetarum aspectuum trinum esse fortissimum vobis recordatur.

Si cum bona forma lineam Martis cum linea Mercurij obseruabitis, ingeniosum hominem, & ignearum, & pulcherrimarum inuentionum inuentorem, & viarum inimicum vicendi portendit.

℞ Sic probè apparentes istæ duæ prædictæ lineæ, vt supra fuit dictum; Martem, & Mercurium, in eius conceptionis tempore cum gradibus ascendentis fuisse boni aspectus edicit.

Martis linea in bono aspectu sistens cum linea Venerea; coniugiorum causa, & mulierum donationum fortunandum esse coniecturabitis; exaltabitur, magnasuè possidebit diuitias.

Et sic cum in apparitione lineę prædictæ manserint; vt supra fuit dictum dicendum; Venerem in metipsis adesse gradibus ascendentis; & illi Martem esse de trino dicendum.

Quando in bona forma, linea Martis solari lineæ vnietur; apud principes maximarum laudum futurum, & apud dominos esse coniectura-

rabi-

rabitis,honorabunt eum milites, & magni ortus homines;principum, & insignium hominũ negotia sument.

De indirectis contrarium dicendum, quòd de directis fuit dictum,& erit; quando linea Martis ex se rupta,& in plures partes fuerit diuisa aut ab aliquibus intrinsecabitur ramusculis;infortunia, & tribulationes possunt coniecturari;si solum erit interrupta;incurabilis aderit infirmitas;si intrinsecata; ignea infortunia aut ferrea vulnera; si solummodo rupta; cicatricem in vultu;& tunc cum harum explicatarum linearum aspectum obseruabitis, modo, quo dixi;Astrologica coniecturatione hos Martem habere in ascendente,& cum aspectu malefico à luminaribus, & duabus fortunis aspici putandum.

Cum in mala situatione reposita erit linea Martis,& in Iouialis lineæ consortio, & ambæ erunt rectæ, & intrinsecatæ, vt in 93. figura ostenditur.

P Fi-



FIGVRA LXXXXIII.

PErsecutiones, & malos negotiorum æuentus coniecturabimus; verum si tantu ruptę denotant carceres, & paupertatem, si ruptæ, & intrinsecatæ maiores significant angustias.

Quando linea Martis in mala coniunctione fuerit cum linea Saturni, & aliæ lineæ, essent bonæ apparentiæ eas defendentes; possent vexationes, & infortunia prædici, & se à carnificis ma-

manibus cauere debet;si ruptæ, & intrinsecatæ fuerint lineæ prædictę;ignominiosam ducēt mortem;& cum hæ lineę erunt modo,quo supra dictum fuit, dici poterit; Planetas dominantes lineas in eius conceptionis tempore, sic cum luminaribus, vt cum infortunijs inspexisse mali aspectus; & si aliqua linea recta bonæ apparentiæ aderit; malarum linearum apparentium malignitatem frenabit.

Cùm malè apparuerit Martialis linea cum linea Lunæ, & eandem ambæ ducerent apparitionem,infamem,pessimum,latronem, inhumanum,& maximarum fraudum,dolorumquè authorem edicit hominem.

Et si ambæ lineæ prædictæ fuerint intrinsecatæ cum ramusculis aliquibus ascendentibus, & descendentibus supra,& infra;suarum actionum causa vexandum esse significat; & cum sic apparebunt istæ tales lineæ;sic Martem, vt Lunam in eorum conceptionis tempore in malos fuisse aspectus,vt cum ascendentibus,sic cum luminaribus,in hoc scitote;quòd in tantum lineæ malum possunt portendere, in quantum alias non assumant lineas bonæ positionis eas defendentes.

Quando linea Martialis in malo fuerit aspectu cum linea Mercurij ; hominem falsarium , pessimorum morum futurum esse dici potest;erit cordæ patibulo inclinatus ob suas qualitates malas;& ita cum apparuerint; om-

nes à maleficis aſpectibus offendendas eſſe dici poteſt luminarium, & infortuniarum.

Cum linea Martis malè apparuerit ſimul cum Veneris linea; mulierum homicidam talem futurum eſſe pręſcribit; perſequetur, & ſuarum actionum debita punietur pœna; & ſi ambæ fuerint lineæ prędictæ ruptæ, & intrinſecatæ, caueat ſe nè in mala ſuſpendatur cruce.

Quando linea Martis erit in ſocietate lineę ſolaris, & ambæ in infelicitate currerent; ignea poſſent coniecturari ingendia; & in illis aderint ramuſculi intrinſecantes vtranq; lineam; in eius perſona malum denotat finem.

Scitote etiam omnes has lineas ſuas ducere inclinationes; aſcendente in Scorpionis ſigno permanente; nam ſi ſolum duæ Martial lineæ, & duæ ſolares interruptæ, & intrinſecatæ diuerſæ aliæ concederentur coniecturationes præcipuiores.

Scorpionis huius primę ſigni faciei dominator eſt Mars, & Scorpio, quando cum primo gradu aſcendet ſigni prædicti; homines reddet incantatores, & qui verbis, hominibus dolores; & paſſiones mitigabunt; & ſi aſpectum ſeruabit cum gradu prædicto Iouis, aut Venus in Trino, aut Sextili; homines tales gradus habẽtes erunt fortunati; & ſi loco Iouis, & Veneris gradus hic a malis eſſet inſpectus aſpectibus, vt à Saturno, & Marte, homines infortunatos futuros explicat.

In

In Solis imperio secunda situatur facies; & signo hoc cum 11. gradibus ascendente homines erunt Diuini ingenij, honorabiles, & veraces; horum maior pars ad Sacerdotium inclinabunt cum bona opinione, bonos se uabunt mores, & delectabiles discursus, & Iouis cum aderit in dicto signo, aut Venus, aut psgradibus bonos tribuerent aspectus magnos futuros esse Prælatos dicatis; & si pro Ioue, & Vere, Saturnus ad fuerit aut Mars malos habentes aspectus cum ascendente, & præcipuè partilis cum 11. gradibus Scorpionis; in eius personam damna, & persecutiones coniecturabitis; & posito, quòd infortunia prædicta duo dictum ascendentem cum bono aspectu aspicerent; tales homines sub talibus gradibus futuri, erunt fortunati, bonamq; corporis valetudinem seruantes.

Venus est dominatrix tertia faciei, & signum Scorpionis, quando ascendet cum 21. gradibus; homines valdè piscationi debitos ostendit; & ex eo viuent, quòd à maris fructibus percipient.

Aiunt Astrologi in 21. gradu Scorpionis fixam quandam adesse stellam dexter pes Scorpionis nominatam, Saturni, & Veneris seruãs naturam.

Gradu hoc ascendente cum sinistro Scorpionis pede tales homines à venenosis mordentur animalibus, aut à quatruplicis animalibus

 bus

bus offendentur,& ex hoc morientur.

Facies tertia in ascendente inclinat homines libidinosos, & in eorum iuuentute fuerint cinedes.

Verum si in tertia facie aderit Iouis, aut ad eam beneficum mitteret aspectum luminarũ, & prędicti gradus ascendentis; homines reddet fortunatos, & contemperatos in malignitatibus omnibus, quas signum ipsum potest influere.

Numerus Scorpionis est 159.& 6. ducit in eius compositione Planetas; nempè *Iouem*, Martem, Solem, Venerem, Mercurium, & Lunam.

De signo Sagittarij. Cap. 18.

SIgno Sagittarij ascendente; homines erunt longæ faciei; pulchræ, & latæ frontis, oculorum sblendentium, & lucidorum, pulchri, & delectabilis oris, longi nasus, & angustorum dentium; eorum statura iuxtæ erit simetriæ, & maior vitæ par à dextera propendet parte in ambulando.

Semper signo Sagittarij ascendente; homines ad bonas, perfectasq; doctrinas inclinabit, illos capacitate obseruabitis plenos, & bonam conseruabunt fortunam; ei honores, publicaquè

da-

dabuntur officia, & maximæ erunt venerationis.

Signum Sagittarij, quando cum prima signi facie ascendit; reddet homines industriosos, & multæ fidis ad facultatem acquirendam; erunt humani, liberales, & magnanimi; & extra eorum patriam ad habitãdum inclinantur, amabuntur, & fortuna fruentur, in qualibet parte, qua ipsi commorabuntur.

Illi nascentes cum prima dicti signi facie; naturaliter erunt dediti scientijs; & in illis veluti diuini erunt; in magni mundi parte eorum celebrabuntur nomina; diuersis erunt subiecti periculis, & ab illis liberabuntur; naturaliter ad liberalitatem tendent, & libenter hominum discursibus fidem præstabunt.

☞Sagittario semper ascendente primam ducente faciem; homines à neuis signatos præscribit circa pectus, & in animalibus quadrupedis fortunabuntur, cum in tali loco seruabunt neuos, & in æquitandis præcipuè, & si dicta prima facies erit in primo Sagittarij gradu, principum consultores edicit homines, & maximorum hominum electores, & si rubei coloris talis neus in pectore repositus erit intinctus, in maximis collocabuntur dignitatibus; & eorum longa erit vita, quæ vsq; ad 77. posset extendi.

Signum Sagittarij, quando ascendens fuerit cum secunda facie, deuelat homines similiter

pulchrorum, & proportionatorum membrorum; valdè in tractando erunt tractabiles, & vniuersaliter ab omnibus amabuntur; erunt potius altæ staturæ, quam paruæ discreti, & maximorum consiliorum, erunt in contemperamento contemperati, grauesq; & ascendent, quando ascendet cum secunda facie, homines in coxis neuos ducent, & illa maximæ erunt considerationis; varijs accidentibus subiecti, & pręcipuè paupertatis miserijs.

Isti, qui secundam faciem habebunt, ad longa efficienda itinera inclinantur, & non ad eorum patrias faciliter reuertentur; erunt inuicti animi.

Si hæc secunda facies cum Ioue, aut Venere beneficos seruauerit radios, & ascendens, & ipsi inter se inspicerentur cum fortunato aspectu; valdè magnæ, & copiosæ essent eorum fortunę; & si facies prædicta inspecta esset à Saturno, quadrati, & oppositionis, homines essent pauperes, & inopes.

Si inspiceretur à Venere cum maleficis gradibus infortunati, & in honore maculati erunt.

Si Iuppiter perspiceret eam, maleficum tradens aspectum; erunt infortunati, & pauci discursus.

Quando cum tertia facie ascendet signum ♏ Sagittarij, homines reddet Iouiales, pulchræ apparentiæ, & ingenio, doctrinaq; pleni, prospere, & felices eorum erunt fortunę, si c illorum

cau-

causa, vt ob patrimonium patris.

Semper signo Sagittarij ascendente cum tertia facie: ad publica officia possidendum inclinat homines, authoritatem reggendi iustitiam habebunt, nobilem, & magnanimum ducent animum in eorum actionibus.

Scitote, semper vna signifacie ascendente, & Planeta Dominus talis signi ascendentis suè domum inspiceret cum bono aspectu, & esset e.g. Sagittarius, cuius signi Iouis est dominator, & Iuppiter esset in signo Leonis, aut Arietis.

Iouis Ascendenti Sagittarij trinum tribueret aspectum, qui maximè beneficus est omniũ Planetarum; contrarium coniecturaretur, cum ascenderet Sagittarius, & Iouis in Gemini persisteret, quoniam ascendens miraretur cum oppositione ab eo, quæ aspectus est maleficus, & quòd de hoc signo diximus, de quolibet alio intelligendum.

Tertia Sagittarij facies cum ascendit, & Iouis suum aspectum trinum tribueret, aut sextilem, aut in ijsdem gradibus esset ascendentis homines sub talibus conceptos figurationibus beneficorum aspectuum redduntur fortunati, & à principibus in bona seruati existimatione.

Talis tertia facies Sagittarij quando ascendit, in facie imprimetur neus, & pręcipuè in parte dextera, & cum illum in facie non haberet, imprimetur illi in dorso.

In

In Mercurio dominatione est facies prima, & in scientijs sunt perfecti.

Luna est secunda faciei dominatrix, & excellentes sunt in nauigando.

Et est Dominus Saturnus faciei;in agrorum colitione perfecti.

Quando Sagittarium ascendit; aliarum profundissima elucescit linea Iouis omnium linearum in eius fronte situatarum, & linea prædicta,rectitudine, longitudine, & profunditate cum fuerit ornata;Iouem in suæ conceptionis tempore,in ascendente fuisse,aut in trino illius ostendit.

Et linea Iouis, quando omnes possidebit qualitates supra dictas; fortunatum futurum esse coniecturabitis, officia, dignitatesq; perscribit,& quamuis pauper euadet diues.

Et si prædicta linea Iouis esset in concomitantia lineæ,lineæ Saturni, & illa eidem formæ responderet,vt hæc repræsentat figura.

Fi.



FIGVRA LXXXXIV.

HOminem magnæ felicitatis futurum esse dicatis; multam fortunæ bonorum acquisitionem efficiet; medijs subditis, & locis seminatorijs; & si linea Iouis esset in societate lineæ lunaris, & ambæ rectæ, longæ, & profundæ; grauissima possent coniecturari negotia, & quo formatiores lineæ prædictæ erunt, eo maiores duæ fortunæ erunt;

bo-

bonus erit legista, & in rebus omnibus ab eo faciendis erit singularissimus.

Linea Iouialis cum in bono erit consortio cum linea Mercuriali; hominem bonarum doctrinarum futurum esse dicemus; Oratorem, & valdè in dicendo excitatum, in suis omnibus negotijs bona fruetur fortuna; sui causa ingenij ad eum peruenient diuitiæ, ad pauperes, pios, & iuxtos amandos inclinantur, & quando tertia fuerit linea cum his duabus lineis, & illa erit Veneris, vt in præsenti figura notatur.

Fi-



FIGVRA LXXXXV.

MAgnum Prælatum futurum esse coniecturabitis,& si loco Veneris,linea, illa adesset Solaris, apud Reges magnam seruabit fidem.

Quando linea Iouis, fuerit, & illa Veneris simul, & in longitudine, rectitudine, profunditateque illæ fuerint vniformes, magni animi inclinat homines, fideles, & Diuinæ legis

legis amatores; hos tales admittentes lineas, magnos futuros esse prælatos celebrat; & quoties harum linearum obseruaui positiones; toties Venerem de Trino esse in ascendente inueni.

Et si Physonomia Naturalis has duas dictas lineas comitaretur; quæ est illa omnia corporis membra indicans; & nasum circa cuspidem infra, versus orem declinare ostendisset, ita vt ad acquilinum tenderet; Venerem horum in ascendente fuisse in eorum conceptione, & Iouem in nona demonstrat.

Ioue manente in ascendente, homines erunt latæ frontis, veluti quadratæ; cœlesti coloris oculi, valdè facies rubicunda, & venusta; & hoc totum cum in Physonomia obseruabitis; horum Iouem in ascendente mansisse in eorum conceptione videbitis.

Circa Iouis significata; erit liberalis in donando, misericors in parcendo, & prudens in excogitando linea Iouis ducente bonum aspectum, & cum illa si fuerit in correspondentia linea solaris; hominem rerum tractatorem Regum futurum esse perdiscit, & semper illustris, & magnanimis erit deditus rebus; 80. annuum ætatis suæ eius pertincet vita.

Iouis linea quando benè fuerit situata, & in eadem forma linea Martis appa-
rue-

ruerit in longitudine, rectitudine, & profunditate; magnum exercituum ductorem futurum esse portendit; si in bellis, & ludis fortuna præcinctus, vt in æquis.

Post longarum, rectarum, & profundarum linearum pertractationem; de indirectis, interruptis, & intrinsecatis dicendum, & quanto illæ alijs similibus fuerint vnitæ lineis; tanto portentosæ erunt.

Et si rectæ vitam, indirectæ mortem perscribunt, si longæ diuitias; breues paupertatem, si integræ dignitates; priuationes, & casus intrinsecatæ; si profundæ, felicitatem, parum apparentes sollicitudines.

Verum ad hoc, vt plenam linearum malarū serueris cognitionem, suis in locis de illis extensæ pertractabimus.


Linea *I*ouialis, quando erit cum ascendente Sagittarij, & illa interrupta, & diuisa in plures partes fuerit; infortunia, & miseriæ sunt coniecturanda. Qui huiusmodi afferent lineam; infirmum corpus, malamquè ducent complexionem, & tales cum ælucescent apparitiones.

In eorum conceptionis tempore Iouem in malo fuisse aspectu cum ascendente, & luminaribus prædicatis, & cum lapsus fuerit, & peregrinus, taliter in fronte fuit impressus.

Si

Si linea prædicta ab alijs linearum generibus intrinsecabitur, aut à ramusculis ascendentibus,& descendentibus; infortunatum futurum, & quem eius inimici persequentur coniecturabitis. Pluries vulnerabitur, & in illa parte præcipuè, in qua fuerint ramusculi;sic vulnerum explicabitis causam; prius obseruandus est ramusculus ascendens, aut descendens;si illæ (exempli gratia) ad lineam, & Saturni situationem ascenderet,vt hæc deuelat figura.

FI-



FIGVRA LXXXXVI.

IVstitiæ coniecturabitis persequutiones.

Et si ramusculus ad lineam,& situationem Martis descenderit; inimicorum causa significat vulnera.

Si ad Solis situationem descenderet; infortunia vulnara, incendia, & in oculis accidentia perscribit.

Si descenderet ad situationem Veneris; mu-

Q lie-


lierum causa vulnera, & propter adulterium præcipuè portendit.

Si ad situationem Mercurij descenderet à suis vulnerabitur socijs, ad hoc, vt maleficia inter eos commissa non pandat.

Si se extenderet vsq; ad lineam, & Lunæ situationem, ab altis locis casus, aut in aqueis deiiciendum esse locis dignoscitur.

Quando linea Iouialis fuerit in mala vnione cum linea Saturni, vt in infrascripta figura innotescitur.

Fi-



FIGVRA LXXXXVII.

SVbiectum esse venenis, & illorum nocumẽto moriturum prædicit.

Linea Iouis cum in mala societate fuerit lineæ lunaris, in aquis immersionem edicit.

Linea Iouis, quando cum illa Mercurij fuerit, & ambæ in mala erunt forma, vt in figura 97. explicuimus, mali animi, peruersæ [illegible]oluntatis, & paruæ, aut nullius fidei suæ creditionis futurum inclinat, & q[illegible] a[illegible] o ce[illegible] lineę vnam

sequentur formam, tanto peruersi erunt animi.

Et si aderit 3. linea iuncta cum illa Mercurij, & illa fuerit Martis, & tres istæ essent interruptæ, & malæ apparentiæ, hæreticum futurum esse præscribit.

Linea Iouis quando fuerit in malo aspectu cum linea Veneris, fraudulentem, & pessimorum morum futurum esse censemus, & valdè libidini deditus.

Iouialis linea cum fuerit rupta, atq; in plures diuisa partes, & illi solaris linea respondet, eandem ducens formam, ac illa Iouis à longis vexandum esse carceribus, & à maximis inimicorum persecutionibus innotescit.

Linea Iouis linea comitem sibi faciet illam Martis in mala apparentia vna cum altera intrinsecaretur à suis inimicis proditoriè vulnerabitur.

Semper cum lineæ apparuerint in supradicto modo; sic Iouem, vt Martem in malos aspectus esse cum luminaribus, & cum ascendēte Sagittarij supponi potest.

Huius primæ signi faciei Sagittarij dominus est Mercurius, & signum hoc quando cum primo gradu ascenderit; reddet homines iustos, pios, & Diuinam Dei bonitatem terrentes; his propter eorum prosperas fortunas; trofæa, & gloriæ tribuuntur signa, & cum in signo prædicto Sagittarij, Iouis præfuerit, aut Venus, aut

be-

beneficos seruarent aspectus; homines cum regibus valdè familiares, & ex hac omne bonum eorum, & strenuitas perueniet, Marte præsente, aut Saturno cum aspectu malefico; eis dignitate, honoribusq; priuabit.

In dominatione Lunæ est secunda facies, & quando hoc signum ascendet cum 11. gradibus Sagittarij ad bella inclinat homines; verum cũ ad fuerit Mars, aut radiorum maleficorum aspectus ad illos mittet gradus; homines in talibus nati gradibus, id bellos, & pugnis, morituros esse prædicit.

Si aderit Iouis, aut tantum eis beneficum immitteret aspectum, magnum futurum, esse ducem perscribit, & ab inimicis excidetur manibus; & cum fortunæ non tribuerint aspectus, & infortunia ipsos gradus aspicerint cum aspectu malefico, in bellis moriturum demonstrat.

In potestate Saturni est tertia facies; & Sagittario cum 21. gradibus ascendente reddit hominem tacitarum cogitationum, & eorum opinionis amicos; suspiciosum, & à multis se abstinebunt rebus propter eorum opiniones, & tacitas cogitationes.

Et si hos gradus sequatur Mars; libenter ad bellum ibit, & si Iouis, aut Venus in illos duxerit beneficos aspectus; cum dominis, & principibus fortunatus reddetur.

Sagittarij numerus est 199. & 5. conuocat in

ſua compoſitione Planetas, nempè Saturnum Iouem,Martem,Solem,& Venerem.

De ſigno Capricorni. Cap.19.

SIgno Capricorni aſcendente; erunt albæ carnis homines nigrorum pilorum, cogitabundi,curisq; pleni,& in melancoliæ dominio, in eorum actionibus ignaui fuerint,& tardi;lentium motuum erunt, in ambulando non nimis eorum ælevabunt plantas;ad caprinum eorum oculi inclinabunt, & in medio tumidi eorum naſus erit;taciturni,& paucorum verborum, non libenti verſabunt animo;erunt molles,effeminati, & magnopere libidini dediti;ſpatulas, & pectus ferent anguſtas, haud corporis magni,& multæ inæqualitatis dentes.

Signum Capricorni,quando erit aſcendens; indifferenter ad alias ſigna Zodiaci aſcendit,& ratio eſt,quoniam libenter illud ſequitur Planetas ei tribuentes aſpectum, prorſus quò modo ſolet efficere Mercurius, hoc Capricorni ſignum agit; qui in omnium naturam mutatur illorum,& hanc ob cauſam illi facilis eſt ad illius naturam mutatio, & cum capricornus fuerit in 8. gradibus, & tot prorſus etiam ſeruaret Venus Capricorni; ex frigido, & ſicco, frigidus euaderet,& humidus Capricornus,ſecun-

cundum Veneris naturam.

Si in Trino aspectu fuerit dictum signum cum Ioue; totus reddetur iouialis; sic ascendentis intelliguntur gradus, e.g. si ascendens 8. Capricorni gradus haberet, & Iouis 8. Tauri, aut 8. Virginis; tunc ascendentem esse in Trino cum Ioue dicetur; & si Venus fuerit cum 8. gradibus Piscis, ascendentem esse in Sextili cũ Venere significat, & si Mars ducens 8. gradus permanserit Arietis. Ascendentem esse in quadrato cum Marte supponit; verum si Saturnus aderit in 8. gradu Cancri; esse in oppositione fatetur. Semper cum ascendens tot admittet gradus, quot aspicient eum Planeta conducet, partiales esse dicuntur, hoc in hac propositione aduertendum, quòd ante, & post 5. gradus Planetæ sunt in aspectu, & si ascendens 7. haberet gradus Capricorni, & Veneri 12. Piscis, etiam Sextilis appellaretur, & si Venus 4. seruaret Piscis, & Capricornus 8. etiam Sextilis appellatur.

Ascendens cum 8. habebit gradus, vt pro exemplo fuit allatum, & Iouis, aut Venus cum 16. gradibus fuerit prædictorum signorum, Trinus diceretur Solaticus, & Sextilis nominaretur Platicus Sextilis, & de quolibet intelligendum, quòd de his dictum fuit, sic beneficorum, vt maleficorum aspectuum.

Capricorno cum prima facie ascendente; homines non pulchros, sed aliquantulum gratio-

tiosos ducet;eorum patruum erunt hæredes,& pulchra ferent ingenia; in vanis studendis sciētijs inclinabuntur,æuadent docti arguti,& prudentes; in eorum cogitationibus semper profundissimæ erunt inuolutæ sententiæ; eorum erunt vindicatores inimicorum; suis cum parentibus pauca fruentur fortuna,& vt plurimū illorum causa à multis afficientur vexationibus.

Semper cum Capricorni facie quando nascentur, senuptui dare haud debeat; nisi duarū linearum.

Nempè Lunaris, & Mercurialis cursum non pertransierint,qui post 34. annum eorum ætatis fuerit, & de hoc adducenda ratio est, quia hæc secunda facies,in Iouis Imperio est,& Iouis,quia casus est in Capricorno, minimè in eius est complacentia,& si vxorem ante 34.annum ducat,inter nuptum,& vxorem maxima fuerit,nam (vt dixi supra) primæ lineæ dominatrix est Luna,& 2.Mercurius; hi duo Planetæ sunt Saturno inimici,& 35.consequens, Veneris pertingit dominium, quæ est amica Saturno, & elapso 34. anno incipit 3. mensibus, & biebus 15. & cum in 34.anno 3.mensibus,& 15 diebus se in matrimonio d derit; in Veneris cronicatia illud fecisse dicemus, quòd erit ei bonum,& felix.

Et quando in Trino,aut Sextili Iouis fuerit in ascendente Capricorni, Saturninam lineam,

pul-

pulchræ apparentiæ reddet; & semper cũ prędictis aspectibus, quando fuerit homines ad nubas prouocandas,& cum aere ad bellandum inclinat.

Et si Iouis, aut Venus fuerint in ascendente cum signo Capricorni;linea Saturni erit recta, & illo fortunatos expectabitis.

Capricorno cum prima facie ascendente; in brachijs ducent neuos, & si nigri coloris tales fuerint, ab aliquo notabili infortunio se cauere debent circa ipsa brachia, aut in tibijs; nam hoc semper dictorum neuorum positio inclinat; & si illo fuerint colorati, aut ad rubeum tenderent; eorum infortunia contemperata futura esse coniecturabitis.

Capricornus cum ascendit in secunda facie reddet homines melancholicos; ab eorum genitoribus longè erunt; eorum semper existimabunt opinionē, & magnopere ad iter faciendum inclinati; nescient loco stare, & ob eorum naturæ siccitatē in paludosis, & aqueis commorare complacebunt locis.

Secunda Capricorni facies neuis signat homines circa ventrem, & bonæ erunt eorum fortunæ cum dominis,& mulieribus.

Capricornus, quando in tertia facie ascendet, parum fortunatos demonstrat homines in vxore ducenda, tamen à mulieribus ama-

amabuntur, in Principum negotijs fortunati euadent; & in scientijs communicandis, doctrinisque alijs; eorum amicorum amatores, & circa genuas neuis signati videbuntur.

Cum prima facie,in brachijs infortunia seruabit.

Quando ascendentis Dominus erit Capricornus, alijs lineis Saturninam profundiorem lineam reddet omnibus in eius fronte repositis, & cum recta, continua, & profunda fuerit linea prædicta, & super omnia nulla apparebit foueuscula; fortunatos, diuitijsque plenos homines futuros esse coniecturabitis filios producent boni ingenij, & etiam diuites.

Cum linea Saturni alias lineas comites habebit,& illæ fuerint longæ,rectæ,& profundæ, & linea Iouis, e.g. esset cum Saturnina; longa est prognosticanda vita,& vsq; ad 73. annum perueniet;verum si prædicta Saturnina linea fuerit interrupta, possent variæ coniecturari infirmitates.

Et si à linea Saturnina, ramusculus aliquis descenderet; vsque ad lineam Lunarem; nobile posset quoddam coniecturari accidens in 17.anno.

Si linea Saturni erit intrinsecata; violentæ mortis periculo afficietur.

Quan-

Quando in bona apparuerit forma linea Saturni, & simul Lunaris elucesceerit linea, apud mulieres fortunatum futurum esse portendit, & quando sic formatas videbitis lineas; Lunam in eorum conceptionis tempore cum ascendente in bono aspectu fuisse dicatis, & cum Saturno.

Quando linea Saturni bonam possidebit formam cum linea Mercurij, vt subscripta figura demonstrat.

Fig

Digitized by Google



FIGVRA LXXXXVIII.

PRincipum fuerit negotiator, bonus erit Geometricus;& optimus Matematicus.

Recta,longa,& profunda,quando linea fuerit Saturni, & eandem detineret formam linea Veneris,mulierum gratia, maximis subijcietur fortunis.

Linea Saturni, quando secum habuerit in bona comitatione solarem lineam,cum Principibus,dominisq; fortunatum futurum esse præscribit. Quan-

Quando taliter, vt supra, linea prædicta fuerit cum linea Martis; honores, & bellica possunt significari officia, & maximæ in ludis fortunæ.

Saturnina linea, quando Iouialem comitem habuerit lineam, & ambæ bonum duxerint aspectum; longa fruetur vita, & (permittente Deo) ad 83. extendetur; fortunatus cum prælatis fuerit, & ex illis bona percipiet.

E contra dicendum, quando linea Saturni lunari lineæ in malo consortio fuerit vnita, & si illa fuerit diuisa, & interrupta ab aliquibus ramusculis impedientibus, vt in hac 98. notatur figura.

Fi-



FIGVRA LXXXXIX.

A Graui afficiendum esse infirmitate supponit; erit subiectus frigidis fluxionibus descensalibus;paralisi, & similibus infirmitatibus.

Mala Saturni linea formæ ducente;impium, & fraudibus plenum hominem futurum esse.

Si cum linea Mercurij vnietur;iustitiæ causa, suorum facinorum vexabitur.

Cum mala ornabitur apparentia linea Saturtur-


turni, & linea Veneris, vt in 98. fuit ostensum figura; vitiosam exposcit libidinem, & talium causa dannis eius afficietur persona.

Si linea prędicta fuerit interrupta, & intrinsecata cum linea solari, inimicorum studio significat infortunia, & in hac mala situatione has duas cum obseruabitis lineas; qualibet in ætate carceribus subijciuntur.

Malè cum comitabitur linea Saturni Martis lineam; impium, crudelem, & malarum cogitationum hominem inclinat; & si 3. obseruabitur Mercurij, & omnes tres istæ vna conuestitæ forma apparuerint, latronissimum latronum omnium edicit futurum; homicidam, publicũ furatorem signat, & hanc ob causam, per colli suspensionem suam indicat mortem.

Linea Saturni, quando in mala apparitione cum linea Iouis fuerit; hominem mali nominis futurum esse dicit; minimę suę libenter credet fidei; isti qui sic efformatas habent lineas, nisi in vnione bona alias duxerint lineas præter Saturninam, & Iouialem; eorum sinent legem, & turchæ, aut hæretici euadent, & si tantum duæ lineæ prædictæ apparuerint interruptæ, & intrinsecatæ, vt infra in figura videtur.

Fi-



FIGVRA C.

HAErefim demonftrat.

Memoria mandetis, in tantum has linearum fituationes influere in enunciatas conieɑurationes; in quantum Capricornus veniat pro afcendente;nam Mars,& Saturnus.

Sunt malediɑarum inclinationum harum authores . Moifis afcendens fuit Cancer,& infamis Magumetti Capricornus; quæ funt inter fe oppofita figna.

In

In Iouis dominio prima Capricorni eſt facies,& cum prima facie prædicta aſcendente, homines reddet fortunatos, diuitijſq; plenos, & ſi in aſpectu benefico cum hac prima facie fuerit Iouis, aut ad ſummum Venus; magnæ ſagacitatis propinat homines, & Regum Conſules, coniecturabitis contrarium ſi in malo aſpectu fuerint, & ſi aderit Dominus prædicti ſigni Saturnus; reddet illos diuiſſimos cum fortunatus fuerit, ſi Mars præerit,& hoc, quando erit in prima facie,quæ primi 10. ſigni prædicti ſunt gradus.

In imperio Martis,eſt ſecunda facies,& hoc Capricorni ſigno aſcendente cum 11. gradibus ſigni prædicti,homines in metallium tractatione delectabiles;erũt aurifices, diuinatores, & rerum aurearum tractatores, & argentearum,& ſi cum gradibus prædictis 11.ad fuerit Iouis, aut Venus, aut beneficos tribuerent aſpectus; reddet tales fortunatos, & maximi nominis;contrarium coniecturandum,quando gradus prædicti aſpicientur à Planetis maleficis infortunatorum Planetarum.

Tertia facies Capricorni ſubſtat Solis imperio,& hoc quando aſcenderit ſignum in 21.gradu,demonſtrat homines languidi ſenſus,& vili animi,& faciliter phrenitici fient; & ſi Luna cum his gradibus aſpectus non ſeruauerit cum Mercurio,& Mercurius cum aſcendente; omnino inſani fuerint,& ſi Saturnus, aut Mars il-

lum ascendentem aspicerent cum malo aspe-ctu, aut intra ascendentem fuerit; repentinæ morti subijciendos esse deuelat; verum si Iouis præerit, aut Venus, loco Martis, & Saturni; haud phrenitici fuerint, & non mortis repentinæ morientur.

Huius signi Capricorni numerus est 242. & 6. Planetæ illud componũt, nempè Iouis, Mars, Sol, Venus, Mercurius, & Luna.

De signo Aquarij, Cap. 20.

HOc signum Aquarij dum ascendit. Inclinat homines magnę, & altæ staturæ, benè proportionatos; multos habentes capillos, magnos oculos, & pulchram carnem; semper cum signum ascenderit Aquarij, demonstrabit homines iuxtæ corporis simetriæ; erunt pij, iusti, & misericordes, humaniquè.

In prima facie ascendente; homines castos, & iuxtarum cogitationum signat, & ab omnibus eorum causa bonorum morum vniuersaliter ab omnibus amabuntur; hos primam Aquarij faciem habentes pro ascendente, erũt sanæ mentis, & hominum malis non fidem præstabunt.

Cum prima facie in sinistro pede seruabunt neuos; mulieribus erunt dediti, tamen prudentes, & supciliorum fuerint ingeniorum.

Signo prædicto ascendente, tertia ostendẽ-

te

te faciem;erunt homines primæ faciei indiffe-rentes; isti magnopere res amabunt mundi, & statim ad cœlestium amorem inclinabunt. Tales isti, qui secunda in facie fuerint diuinarum rerum erunt amatores. E contra eueniet, cum in dispositione mala erunt, quia multum erunt peiores Diabulis in creaturis offendẽdis, & huius ratio est, quia huius faciei Dominus est Mercurius, & cum Aquarius, Leoni opponatur Soli est inimicus, & quando Sol, aut Luna in bono persisterint aspectu cum antedicto ascendente, ei maximi fuerint iuuaminis; cum malos ostendet aspectus contrarium supponit; hi varijs infirmitatum generibus erunt subiecti, & notabiliores erunt dolores dentium, Ventris, & Venenis deditos significat illos secundum maiorem, minoremq; Saturninæ lineæ collocationem disponet illos, & inclinabit; Isti aqueis, igneisq; subijcientur periculis.

Hi pectus ducent neuis signatum, & hi dum erunt rubei coloris, aut melati; lineam lunarem in bono fuisse aspectu cum Sole in eorum conceptionis tempore fuisse perdiscit, & cum duabus fortunis, etiamuè cum ascendente, & si neui nigricanti conuestiantur colore; Lunam in malis aspectibus cum ascendente, luminaribus, & duobus infortunijs edicit.

Signum Aquarij cum tertia facie dum ascẽdit; reddet homines nigri coloris, pilosos, turpis aspectus, Saturninos; tardium motuum; &

tibias habebunt magnas, & vt plurimum vna fuerit altera maior;seruabunt improportionata membra,& graues in ambulando, fuerit inuersando seluatici,& bonarum societatum inimici.

Hi sub cubitis portabunt neuos eorum brachiorum,& non multa fruentur vita, & Iouis in suæ conceptionis tempore ipsi suos haud tribuisset gradus beneficos; semper offendentur;hæ faciles fuerint coniecturationes, & ideò quando situationes possidebitis, & aspectus; maximè vobis Planeti, & ascendentis facilis fuerit cognitio. Quòd vobis dico memoria mandetis; nam ex obseruationibus his, non solum cęlorum collocationem, verum illorum etiam gradus, studite, & minimè vobis nostri redeant labores, nam omnia pertincimus,& si plura mihi concessisset Altissimus;meus maior fuisset discursus, omniaquè vobis palam feci, obseruate, & ; & videbitis, quòd in hominem fronte satis eorum describitur cursus.

Et nostrorum temporum homines; id quòd tot misterijs in hominum fronte a Deo fuerit delineatum, nec audire, nec aspicere nequeunt.

Semper tunc,cum bonos assumpserint aspectus benefici, contemperata eorum erunt infortunia.

Cum

Cũ ſigno Aquarij fuerit in aſcẽdẽte, & linea Saturni erit longa, recta, & profunda; homines pacificos, & iuxtarum rerum inclinabit amatores, vt clementes exiſtimabuntur, & pij; linea hæc, quamuis totaliter erit longa; tamen bonæ fuerit naturæ, & tales conie&urabuntur pij, liberales, & omnibus in ſuis actionibus fortunati, in agris magnam ſeruabunt fortunam, & hæc faciliter non, in inemptorum erit cognitione.

Quãdo ſaturnina linea (quę eſt illa ab Aquarij pendens aſcendente) erit in bono conſortio cum linea lunari, vt in hac figura obſeruandum.



FIGVRA CI.

PRrincipium conſeruatorem portendit.
Quando linea Saturni fuerit cum linea Mercurij,& in bona illæ erunt forma; maximæ ſpeculationis, magnumq; futurum eſſe Phyloſophum perſcribit;his datū erit maxima facilitate ſecreta explicare naturæ.

Cum linea Saturni vnita erit lineæ Venereę; homines apparentium rerum inuentores demonſtrat mulieribus eſſe futuros; boni erunt mu-

musici, & in mentibus suis maximæ inuoluentur curæ.

Cum à ramusculis intrinsecabitur; venena, ligamenta, similiaq; indicat.

Et linea Saturni, quando malè situabitur, eandem formam assumet linea lunaris; inter virum, & vxorem significat diuortium, diuisionemq; & tunc Lunam, Saturnumuè in illorum conceptionis tempore in coniunctione fuisse dicetis, aut in inimicis luminarium aspectibus ascendentis ipsi, & duarum fortunarum.

Quando linea Saturnina in mala adetit côiunctione cum Mercuriali; conuocat homines tirannos; repentinæ mortis cumq; maximis inimicorum persecutionibus.

Similiter, quando Saturnina cum Venerea fuerit; hominem concubinarum causa, suę vxoris reiectorem deuelat.

Cum in eadem mala correspondentia erit Saturnina linea cum Solari, & ruptæ, maleue formatæ illę erunt, in oculis futura demonstrat accidentia; tales caueant se à casu, & præcipuè altos fugiant locos, simulq; quatrupedes, & quotis in talem lineæ antedictæ demonstrabunt formam; in oppositione cum Saturno, Solem in suæ conceptionis tempore fuisse dicendum.

Dum linea Saturnina; Martiale comitabitur in aspectu malo; à populis hominem lapi-

dandum signant,& semper his apparentibus lineis in eorum conceptione sic Saturnus, vt Mars; quòd à luminaribus malos assumebant aspectus,& ab ascendente eorum significatore docet,& ideò vulnera,& incendia animaduertant.

Cum simul linea Saturni, & Iouis fuerint ruptæ,indirectæ,& malè in eorum situatę situationibus;homines mendaces,falsè iuratores,& quo lineæ malam adduxerint apparentiam, eo temeres,& importuni erunt.

Iudicia huius signi,quæ coniecturantur;in solo Aquarij signo esse requirenda scitote, nam tunc indicant,& in illa forma lineas efformandi vim habent; cum prædictum in ascendente fuerint signum.

Primam, quòd obseruandum, fuerit ascendens,nam in illo verum permanet principium; & cum vobis clarum fuerit ascendens, apparẽs linea erit facilis, ob iam tantas explicatas rationes, & huius ratione 11. signa omnia Zodiaci rescripsi,vt signorum physonomia,lineas possidere possitis.

Venus primam Aquarij dominatur faciem, & quando in primo gradu ascendet; erunt homines astuti; & ingeniosi, & si in primo hoc gradu ad fuerit Iuppiter,ad ascendente beneficum mitteret aspectum, & apud luminares, apud Reges manos homines illos esse celebrãdos esse figurat;altæ fuerint staturæ, & quando

nec

nec Iouis, neque luminaria in eo signabunt aspectum; in aquis morituros esse periclitantur.

Facies secunda Mercurij subſtat imperio, & ſi cum 11. gradibus aſcenderit; conuocat homines miſerabiles, & ſi cum tali gradu Iouis non fuerit, aut Venus, aut illi beneficos non immiſerint aſpectus, cum ſecunda luminaribus; eorum in aquis aut humidis locis maximis cũ miſerijs ſeruatur interitus: quando infra Vrnæ capud iſti ſunt, magnopere fuerint mendici, & ſi cum gradibus ipſis erit præſens Saturnus, aut malos in illis perſcripſerit aſpectus; mortuum ſepultores, aut mortuorum ſepulchros factores indicat.

Luna in tertia Aquarij faciei eſt dominatrix, & tunc, quando in gradu 21, aſcendet ſigni prędicti; aurifices homines, aut muratores inclinat.

Et ſi in gradibus prædicti; Iuppiter aderit aut Venus, aut in illis beneficos ſeruauerint aſpectus; magnam ducent fortunam; eueniret cõtrarium, quando ſecunda infortunia in aſpectu malefico gradus ipſos 21. aſpicerent; nam infortunati, miſerijſq; pleni fuerint.

Numerus Aquarij eſt 138. & 4. in ſua compoſitione concurrunt Planetæ; Iouis, Mars, Sol, & Venus.

D 2

De signo Piscis. Cap. 11.

TAli signo ascendente. Homines paruis cõuestitos membris; capud fuerit mediocre; oculi erunt pulchri, multumq; ad graue inclinabunt; delectabiles apparebunt in versando, & in magna habebuntur existimatione eorum consilia, illos manus, pedisq; paruos, & ad mestitiam facili negotio inclinantes obseruabitis.

Cum prima facie, quando ascendet Piscis; homines bonæ inclinationis in suis negotijs, liberales, magnanimos, & neuo quodam affectos circa faciem ascribit; & hoc cum in tali situatione ducant; in occultis delectabuntur rebus cuius causa multopere credentur, & sequentur.

Hoc signum, quando in secunda facie ascẽdet; edicit homines furiosos, & non multum eorum amabunt parentes; se occultis dabunt rebus, & signatim in rebus igneis, in pedibus habebunt neuos; & in cęlestibus delectabuntur rebus. Isti à dolis caueant se deceptorum, nam ob nimiam, quam ipsi amicis præstabunt fidem decipi solent.

Cum Piscis signum ascendet in tertia facie; homines erunt macie affecti, & multum graciles; modesti, & delectatione pleni apud homines: hi hanc tertiam faciem habentes pro

ascen-

ascendente, circa verendas neuis signantur, & talia, dum duxerint signa, valdè fuerint libidinosi.

Quando Piscis ascendens, in eius persistit dominio; reddet homines lineam Iouis habentes alijs omnibus in eius fronte repositis profundiorem, & si Venus fuerit intra ascendendentem in sua exaltatione; homines similiter paruorum membrorum cum aquilino nasu, & parum, aut nihil Iouialem faciet præualere lineam, & valdè fuerit perarduum hic, an Iouis; aut Venus in lineatione frontis præualeat; nūc Physonomia vtimini, nam vos nunquam in errore incidi posse fateor, & propriè in nasus ad aquilinum inclinabit; Venus illa fuerit, quæ magis Ioue præualebit; verum si nasus erit rotundus, Iouis præualebit.

Ex cœlis perdiscimus modum in domo nostra amicos recipiendi, & dupliciter hoc fieri posse vidimus, primo ab experientia, secundo à demonstratione. Cum experientia aiūt Astrologi, quādo in Ariete est Sol, in quo signo exaltatur, & in tali exaltatione 4. dignitatis gradus; & dum fuerit in Leone, qui propria est domus; 5. assumeret; tamen longi tēporis experientia, magis efficere Planetam in exaltatione quam in domo propria, & hoc à lineis, continuo in fronte obseruatis, nam vt Astrologus ad 5. potius quam ad 4. tendit, 2. fuit causa Planetam in ascendente videndi, illumq; ascendētis assumi

mi vim,& loco dominitalis signi,exaltatus præualuit Planeta, vt fuit dictum supra de Pisce, qui domus est Iouis,& Veneris exaltatio.

Planetarum exaltationes sunt.

In Ariete Sol.

Et Iouis in Cancro.

Luna in Tauro.

Saturnus in Libra.

Mars in Capricorno.

Venus in Pisce.

Mercuriusq; in Virgine.

Linea Iouis,quando fuerit recta lóga,& profunda;talem hominem fortunatum,sic propter Ecclesiasticos, vt gratia mulierum nobilium futurum esse censeatis, lineæ effectus à benefica Planeti natura procedunt ,& ideò liberales magnanimosq; in eorum actionibus omnibus inclinat.

Semper in rectitudine linea Iouis elucescēs, quia Piscem habet pro ascendente;diuitijs plenis ostendit homines fortunatos in omnibus negotijs suis;(placende Deo) longam optinebunt vitam,nempè vltra 75. annum.

Linea Iouis, quando in vnione bona erit cū linea Saturni,vt infrascripta deuelat figura.

FIG.



FIGVRA CII.

HOminem maximos poſſeſſurum eſſe honores, copioſa lucra, & in quolibet ſui negotij genere fortunatum portendit.

Et cum lineæ prædictæ ſunt longæ, vt ſupracitata deuelat figura 102, faciles ad publica tractanda officia ſignat homines, & his ob fortunam magnam, quam ſeruabunt promittuntur exaltationes, & quoties in antedicto modo hæ duæ lineæ erunt, & Piſcis fuerit aſcen-

ascendens;horum Iouem in conceptione, in Saturni, Veneris, & luminarium in bono fuisse aspectu, & huius causæ ratione lineam Iouis in ascendēte Piscis, Saturninæ lineę fuerit ęqualem; propter inter eos beneficos permanentes aspectus.

Lineam Iouis dum Lunæ linea comitabitur in bona apparentia, homines ad negotia incumbentes demonstrabit, & illorum causa fuerint fortunati, & quando duæ dictæ lineæ in vna, & eadem elucescerint forma; Iouem, & Lunam cum benefico fuisse aspectu ascendentis in eorum conceptione coniecturabitis.

Quando linea Iouis, & Mercurij erit recta; lōga, profundaue, hominem magni ingenij ascribit; in rebus omnibus ab eo inspectis fuerit aptum efficiendis; in studijs multum perspicax, doctusq; erit, & laude dignum eorum virtutum studio, & eloquentiæ, ad sublimes dignitates, & insignia magistrata ascendent.

Hæc linearum quando apparuerint genera, quod sic Iouis, vt Mercurius in tempore suæ conceptionis fuit in Piscis signi ascendente; ex quo talem lineæ ostenderunt formam.

Linea Iouis Venereæ vnita lineæ in pulchra apparentia, vt de alijs verba fecimus, homines talibus lineatos lineis significat; pulchri, & delectabilis erunt aspectus, existimandorum morum, & validæ robusteue complexionis. Cum

Præ

Prælatis officialibus,& mulieribus fortunabũtur;his multos promittuntur filios, valdè pulchros; copiosas possidebunt diuitias, vt donationum sic hæreditatum causa. His semper duabus apparẽtibus lineis, (vt supra diximus;) in talis conceptionis tempore ascendentem Iouialis lineæ significatorem; cum bono aspectu Veneris,Iouisq; fuisse demonstrat.

Cum linea Iouis,longa,directa,& profunda apparuerit,& in forma illa,& apparẽtia solaris correspondebit illi linea;homines bonę fortisq; salutis representat; diuitiarum eis tribuent augumentum,& ad honores, dignitatesq, ascendent;sic efformatas,quãdo obseruabitis lineas; ascendentem,Iouemuè in suæ cõceptionis tẽpore in satillitio fuisse dicetur, & hanc propter bonam coniunctionem natura magistra in humanis corporibus tali conuestitas forma lineas reposuit.

Quando linea Iouialis erit in bona correspondentia cum linea Martis;ascendentem Iouis linearum significatorem in Trino esse cum Marte dicetis,& Iouem Piscis dominatorem cum Marte etiam in bono fuisse aspectu, & cũ ascendente suo;harumq; linearum coniecturatio erit,quòd à principibus substentabuntur,& protegentur;erunt nobili animi,& magni valoris;suos vincent inimicos,& honores,officia, magnumq; seruabunt ingenium.

E contra dicendum, quando linea hæc Iouis

ūis fuerit diuisa, interrupta, & intrinsecata, breuis, curua, vnduosa, & foueis affecta. Si erit interrupta dabit ei paupertatem, & volubilitatem; si intrinsecata; infortunia, paucamq; fortunam, si breuis; debilem complexionem, breuemq; vitam; si curua peregrinationes, paupertatesq; si instar vnda; paucum ingenium, minoremuè discursum; si foueis plena infirmitates longas.

Obseruationes istæ iam factæ, nobis clarè ostenderunt, quòd semper dum linea Iouis fuit curua; paucam fortunam, litigationes cum parentibus odia attulerunt.

Iouialis linea quando interrupta perseuerabit, aut intrinsecata; formidabilē, terribilemq; indicat mortem, & si alias secum bonæ apparentia lineas non duxerit; eius mors horribilis fuerit, & casualis.

Semper in tali forma cum apparuerit linea, vt dictum fuit; ascendentem suum dominum Iouem in aspectu malo aspicere, & etiam secūda luminaria, duaq; infortunia, & hanc ob causam simul duo producūt apparitionem vnum, alterum indicationem formidabilem.

Quando Iouis linea in mala fuerit forma, & simul linea Lunæ, vt hæc ascripta innotescit figura.

Fi-



FIGVRA CII.

IN eius conceptionis radice; Lunam, aſcendentem, & Iouem cum Solo in malo aſpectu fuiſſe, & cum 2. infortunijs; & coniecturantur rixæ, litigia, & perſecutiones; ſolent etiam medijs mulieribus afferre danna, & hi cum vxorē duxerint, & cum gradibus prędictis fuerit aſcēdens Lunæ in reproba correſpondentia cum luminaribus; ſemper inter virum permanebit odium, & vxorem.

S Li-

Linea Iouis, quando malè lineam comitabitur Mercurij, homines inclinat falsarios, & magnopere ignominijs plen s, & in maxima situabuntur verecundia ob latrocinia, & falsitates, & hanc cum obseruabitis apparitionem; sic Iouem, vt Mercurium in conceptionis tempore malos habuisse aspectus cum infortunijs, & luminaribus.

Quando Iouialis linea Venereæ vnita, in mala apparuerit apparentia; Hominem vitiosum, & dannis afficiendum esse suæ libidinis causa ascribit; erit valdè Crapulator, & diuerris erit subiectus infortunijs.

Sem cum in mala apparentia lineæ prædictæ fuerint. In eorum conceptione Venerem, & Iouem, luminaria, & secunda infortunia cum malo aspectu in ascendente fuisse dicetur.

Iouialis linea quando in mala apparentia cum linea solari fuerit; homines dominorum afficientur persequtionibus. Caueant se ab ingendijs, & ignes armis; & cum sic malè fuerit situate hæ lineæ, & ambæ vnam inuoluent formam; in eorũ conceptionis radice Piscis ascẽdentem in malo aspectu conuolutum fuisse cũ Sole, Luna & 2. infortunijs prædicat, & quòd hanc propter causam, tales linearum produxerunt formationes.

Quando linea Iouis interrupta aut intrinsecata fuerit, & in illius correspondentia erit linea

nea Martis, in vna, eademq; forma, & apparentia; præcipites à locis altis futuros esse prescribit; vulnerum, & persequtionum Martialium hominum periculis afficientur, & tunc dici potest, quòd ascendens in eorum conceptione cum malo fuit conuolutus aspectu cum infortunijs, & luminaribus supponit.

Multæ fuissent reponendæ in hoc libro figuræ, & cartas gratia non occupandi relinquntur; tantum mihi satis fuerit, vt vobis recordem consueta documenta, & quòd in tantum præsignatæ lineæ indicationes adducere possunt, dictas; in quantum lineæ sit ascendens prædominator, & quia in tot, tantisq; locis redixi, credo vos illatum possessionem optinuisse; semper mens vestra ascendentis sit prædita signi, nam cum ascendentem cognouistis, vobis faciles fuerint indicatione, & posquam quæsitas inuenistis lineas, quæ in illorum sunt concomitantia, & quoties linea ascendentis in mala erit apparentia, & quæ fuerint in eius comitatione sint bonæ; has illas temperare dicatis; postquam obseruastis, & ascendentis considerauistis lineas; exacte sunt Planetæ considerandi circundantes ascendentis lineas, & si natura Planetarum benefica, aut malefica fuerit, cum prima semper concordandum linea, quæ est illa indicationes ducens totius Methoposcopiæ.

Primæ signi faciei est dominator Saturnus,

& signum hoc quando ascendit, vt dixi, in prima facie, & fuerit cum primo prædict. Piscis signi gradu, reddet homines iniuriosos, benequè compositi, egregiè bonis erũt ornati scientijs; magnam possidebunt facultatem; filios ex incesto natos habebunt, & si cum gradu prædicto fuerit Iouis, denotabit homines fortunatos, & si pauperes fuerint, diuites euadent.

Secunda faciem dominatur Iouis, & si cum 11. gradibus ascendet signi Piscis; homines à bestijs in desertis lacerandos conuocat, aut in humidis locis; & hi portentosi casus, & prima illorum ætate illis accidet, absq; eo, quòd filios produxissẽt, & quo cum gradibus prædictis 11. erunt malefici aspectus eo, violentæ erunt subiecti morti.

In Martis imperio est tertia facies, & quãdo cum ascendente prædicto Piscis 21. ascendet gradus; demonstrabit primi motus homines; erunt humoris colerici, & homicidia committent, fuerint rixosi, & si cum gradibus istis præfuerit Saturnus, aut Mars, aut seruauerint maleficos aspectus tanto magis maleficæ erunt eorum inclinationes.

Contrarium fuerit, quando præsent erit Iouis, aut Venus, aut in eo bonos reposuissent aspectus, & si ascendent fortunatos habuerit aspectus, homines in tali gradu nascentes, etiam, erunt fortunati, & bonos, fœliceſquè haberent euentus.

360. Zodiaci graduum minimè pertractare volui in hac nostra Planetaria Methoposcopia, cum signate illorum pertractationem feci in Libro quodam nominato 12. Zodiaci signa.

Et hæc 360. significata, quæ in his 12. signis pertransiuimus, ex nostris percepimus laboribus, ad hoc, vt patens sit mundo nostrum adesse Zodiacum ex 360. gradibus compositum.

Piscis numerus est 131. & ad suam quatuor concurrunt compositionem Planetæ, nempè ex Ioue, Marte, Sole, & Mercurio.

Sic hi Planetarum numeri, vt signorum vos scio, quòd in dubio tenebunt; attendite, & in alijs nostrorum laborum libris, videbitis, quantum refert numerorum cognitio, quantum illi vobis proficiant.

De 12. signis cœlestibus ob mulierum inclinationis. Cap. 22.

POst pertractationem inclinationum 12. hominum signorum, necesse est, vt in mulierum pertractatione moremur; si dum primo aspicitur arduæ apparentiæ hæc nostra videbitur propositio, & illis præcipuè, qui in his minimè sunt versati scientijs, tamen temporis experi-

mento innoteſcetur, & quòd in mundi intelle-ctione haud eſt, linearum demonſtratione, & noſtro diſcurſu fiet palam.

In huius noſtri libri principio diximus; in 3. locis naturam magiſtram lineas lineaſſe; in fronte, in palmis, & plantis; & in pedis precipuè plantis res valdè naturæ reconditas obſeruauimus; duaſq; fortunæ verè adeſſe cognouimus partes, & hodiè ab Aſtrologis non niſi vna conceditur; vidimus Horoſcopi præfixos gradus, & 7. Planetarum, & quòd natura eius occulta ſecreta in pedis plantis tanta facilitate impri-miſſet miratus; cuiuſnam ero admirationis in mulierum pertractatione? ſi mulier eſt cum homine, & cum muliere homo?

Nos in cronicatis dixiſſe ſcitis; Solem eſſe cronicatorem illorum diei tempore naſcentium.

Contrarium nunc in hac mulierum pertractatione dicendum; nam illorum in die naſcentium Luna fuerit cronicatrix, & Solem illorum etiam tempore dictis naſcentium.

Et cum in hoc capitulo mulierum ſit indaganda tractatio, prius (vt omnes alias) obſeruabimus illarum ſituationes, & prò aliquo tutiori vox eſt obſeruanda, & oculi, & in his duabus obſeruationibus magis qualibet alia eorũ cognoſcentur inclinationes.

In oculis propter Lunam facili negotio mu-ieres deuelant eorum contemperamenti com-

po-

positionem; in voce magnam cum facilitate ascendens explicatur signum, & si mihi meisq; contradicetur propositionibus]; sic promptè respondebo; mulieres esse magis naturaliter influxibus cœlestibus subiectas, quam homines;&'eamdens est ratio à Sole hominis dominatore,& Luna mulierum dominatrice ducta, & quia Luna est terræ vicinior, faciliter, quam Sol influit, & quò fortior est natura, eo se defendet.

Et de eo simpliciter verba faciendo, quòd possunt secundæ causæ inclinare in nostris corporibus inferioribus, vt sublunaribus; dico, quòd si tertiæ facierum signi noster hominum fuit discursus, in hoc mulierem, circa duo essentialia versabimur; primum erit breuitas, & secundum clarior, magisquè patefaciens modus discurrendi ita, vt si mulierum sit loquutio, eis minimè sit neganda intellectio.

A neuis apparentibus quid facile est ad eorum cognoscendum ascendētem,& vt vos certam illius assumetis cognitionem, breuiter naturam,& cuiuslibet apparentis signis ascendētis explicabimus apparentiam.

Hoc,inquam, animaduertite,cum coniecturationem efficitis diligenter ascendētem mulierum obseruetis, & quando de illo capaces eritis, vobis facilè fuerit illum cum hominis ascendente iuxta ponere;& duobus obseruatis ascendentibus; an bona inter virum, & vxo-

rem pax aderit videbitis.

Et hoc poto pro exẽplo;quod mulieri Arietis ascenderit signum,& viro signum Gemini; mediocris in his duobus signis amicitia perseueraret;& si homini ascenderet Cancer,& mulieri Aries,inter eos inimicitiam vibebitis; & si homini ascenderet Libra magis inter se inimici redderentur.

Quadratum (vt pluries diximus) est melior oppositione,& Trinus perfectior ex Sextili.

Et (vt diximus) cum habuerit mulier pro ascendente Arietem,& homo signum Leonis; inter hominem, & mulierem magna moraretur pax; & hoc propter Trinum, quem Aries cum Leone habet causaretur; qui eãdem seruant naturam, & triplicitatem per longitudinẽ 120.graduum.

Quadratum est inimicum ob naturas contrarias;nam Aries est calidus, & siccus,& Cancer frigidus humidus, & distant per 90. gradus.

Oppositio ob sex signorum longitudinem, quæ sunt 180.gradus.

Ex signis effici non potest coniunctio;& cõiunctio dicitur, cum duo Planetæ sunt in eodem signo,& gradu; quando duo Planetæ in beneficia natura æluceſcunt; dicitur bona quãdo in natura malefica,mala.

Extote cauti,& in coniecturatione,non (vt aliqui faciunt) faciatis, (vt mihi pluries accidit),

dit), qui publico in loco dicunt, quòd eorum volunt scire inclinationes, & metipsi eorum vitiorum sunt conscij, & sic loquendi audent, & vt illa infamia obseruentur compendia volunt, quæ in eorum sunt conscripta fronte, nec sciunt, quòd in fronte nostræ omnes explicantur inclinationes, quousq; nostras expectemus miserias.

De signo Arietis. Cap. 23.

SIgno ascendente Arietis; mulier fuerit pulchra, & viuacis apparentiæ; emaciata in membris, & valdè coloratæ faciei; eius mores erunt colerici, alterabiles, & primorum motuum; valdæ magnæ staturæ erunt; & alti colli, & longarum manuum; oculi cœlestis, aspersi coloris; capilli suptiles, & colorati, & valdè ad crispum inclinantes;

Quando mulieribus dictum ascendit signum in eas; lucidos, sblendentesq; oculos figit; reddit eas velocissimas in eorum motibus; mulier, quæ Arietem habebit pro ascendente suum dominabit virum.

Erit velox multum in loquendo, & quasi ad virilitatem inclinabunt, nec iniurijs afficientur: magnos in eorum mente excogitabunt volitiones; ex reliquo delectabiles, piæ

piæ, & liberales fuerint.

Quando Aries ascenderit cum prima facie, quæ est in dominio Martis, (vt dixi), valdè nobiles actiones ducentem mulierem reddet; & maximè affabilem, modestumq; propinabit ei virum; perfectis erit ornata moribus, & totum id quòd in sua complacētia erit, in eius viri affirmatione, & voluntate fuerit.

Mulier illa, quę in prima Arietis facie ortum ducet in sinistro pede habebit neum, & illæ paucam ei demonstrabit fortunam, paruæ fuerit vitæ, & annum 42. suæ ætatis non pertransibit; semper cum in sinistro pede neum duxerit, vt fuit supradictum, caueat se nè membrum aliquod eius personæ, nam hoc, neus in tali situatione indicat.

Signo Arietis in 2. ascendens facie, mulier erit pulchræ, & perfectæ pulchritudinis; magnā possidebit fortunam, & contrarium fuerit illorum in prima situatorum facie, & si primæ Dominus fuit Mercurius, 2. est dominator Sol; qui in Ariete exaltatur, & ideo reddet mulieres valdè eorum honoris amatores; fortem seruabit complexionem, à capitis afficientur affectibus; propter huius signi capitis dominium; magnopere in odorum delectatione, hornamentorum, & gemmarum erunt, bona fruentur sorte, magis in maturis quam in iuuenilibus annis.

Cum 2. hac facie signabuntur è neuo quodam

dam in finiſtro brachio, & hoc cum eluceſcet; duo poſſent coniecturari; vulnera, & morbus gallicus,& ſi hanc 2. faciem benefici non aſpicient aſpectus Planetarum in violentæ mortis periculo ſubijcientur, & multo maius eſſet cõiecturandum, quando cum malo aſpectu Mars fuerit, Saturnus.

Aries quando in tertia facie aſcenderit, propter Venerem illam dominantem, pulchram mulierem,& boni ingenij inclinabit; & ſi in literis ſe exercuerit multum proficiet;erit bonorum conſiliorum,& magnæ ſagacitatis;bona oratrix,& inſigna conficiet quorum cauſa laude digna reddetur; eius carnis color, pallidus potius,quam coloratus fuerit.

Semper quando in tertia facie fuerit mulier;circa ventrem ducet neum, & ſi à ſiniſtra parte fuerit illæ, bonorum perditionem talis mulieris ſignabit;& duos aſſumet viros.

Vt lineam Arietis ſigni agnoſcatis,in mulieribus 5. eſt obſeruanda ſituatio, vt toties vos docui, quæ Martis eſt locus; & Aries quando aſcenderit linea illa alijs apparebit profundior in eius fronte ſituatis, & ſi magis à dextera ſuum incipit principium, & de nocturno, aut diurno eorum ortu non curetis, & ratio eſt; quia Arietis ſignum eſt maſculeus,& vt maſculeus in dextera præualet, & cum certi fueritis mulierem Arietem habere pro aſcendente, & in linea Martis obſeruabitis, nam ab illa primum

mum eſt deſumendum principium ob diſcurſi formationem,& cum lineam Martis longam rectam,profundam eſſe inuenietis;longam poteſtis coniecturare vitam;Deo permittente ; vſq; ad *66*.ætatis ſuæ.

Cum linea Martis ſuas bonas ducet qualitates; vt ſupra fuit dictum , ad plures habendos viros inclinabitur mulier, cum primo ante 20. annum nubetur,& cum 2.antè 35. annum in matrimonium dabitur; & ſi primum matrimonium in anno 15.ſuæ ætatis fuerit ; eius vir externus,& a ſua patria alienus fuerit,ſed negotiator,& mercaturis deditus;ſi erit in *16*. anno; fuerit homo maturæ ætatis cum bonis diuitijs ; ſi in anno 17.bonæ,& delectabilis naturæ; inter eos commorabitur amor; & bona acquirent fortunæ;ſi in 18.anno Regis ſtipendiarium pro ſuo viro ducet, & in armis , igneiſq; excogitationibus delectabitur;ſi in 19.anno fuerit;cum melioris ortus homine in matrimonio dabitur,quam ipſa fuerit mulier ; & inter ſe valdè amabuntur ; & ſi in 20. anno ætatis ſuæ; eius matrimonium amoris cauſa fuerit, & contenti viuent,verum cum paucarum diuitiarum poſſeſſione.

Cum linea Martis,fuerit tortuoſa, diuiſa , aut intrinſecata;ſimplicem mulierem futuram eſſe coniecturabitis;cum tortuoſa, dabit ei miſerias quando intrinſecata , perſequutiones , & amiſſionem bonorum; ſi in plures erit diuiſa

par;

partes;suum statum variabilem fore,& nunc ad bonam,nunc ad malam inclinare fortunam cō. iecturandum.

Quando mulier habuerit Martis, lineam cū bona forma,& in illius correspondentia erit linea Iouis in eadem forma; magnæ prudentiæ mulierem esse demonstrat;obedientem, & suo viro fidelem, & instar Regis illo seruietur, & venerabitur; & si in prædictæ lineæ martialis consortio fuerit 3. linea, & fuerit Saturni, & pulchræ etiam illa erit apparentiæ, vt illæ sunt Martis, & Iouis; castam continentemq; mulierem futurum esse portendit;huic mulierum generi,magna sequatur fides;& si cum linea Martis corresponderet linea Lunæ, & illa eandem duceret formam,& apparentiam, vt illa Martis; mulierem in suo matrimonio multum honorandam esse præscribit, existimationis, & vniuersalis venerationis fuerit.

Linea Martis quando fuerit recta,& in bona forma,& in illius similitudine apparuerit illa Veneris; erit mulier casta, & magnopere sui honoris conseruatrix.

Quando in coniunctione linea Martis fuerit eum illa Mercurij; ingeniosam edicit mulierem, & eius vir nouarum erit scientiarum inuentor,aut nouarum artium;quarum causa multæ venerationis ambi reddentur.

Linea Martis,quando solari lineæ fuerit vnita, & ambæ eandem bonam seruauerint formam;

mam;mulierem illam cum pulchro iuuene in matirmonio dandam esse demonstrat, & talis melioris erit ortus,quam mulier fuerit.

Contrarium rectarum linearum, in indirectis,& non continuis lineis continetur.

Linea Martis dum fuerit indirecta, & non continua;breuis vitæ mulierem indicat, & vix ad minores Martis annos perueniet,nempè ad annum 15.

Et si Martis rectitudo ad vsq; maiores veniret,(vt fuit desuper dictum)ad 66.ita, è contra fuerit,cum illa erit interrupta, & quòd 15. annum, non attingerit.

Et si recta linea ei bona spondet matrimonia,ea indirecta tollit,ætatis ablatione.

Linea Martis,quando fuerit rupta, aut indirecta; mulierem mali nominis futuram esse prædicit,& si in apparentia illa elucescerit illa Iouis cum illa Martis;mulierem libenti animo bonorum dissipatricem portendit eius viri, & quamuis diuissimus illius causa pauper,& mēdicus euadet.

Linea Martis, quando erit in apparentia mala eandem linea Iouis seruaret apparentiā cum linea Saturni;malam, & audacem pandit mulierem; ante & post eius matrimonium violabitur,& semper vitæ exponetur periculo.

Quando in mala erit martialis linea conuoluta forma,& illi lunaris respōdebit linea;adulter viro pollicetur mulier; eam sui persequentur

tur parentes, & in violentæ mortis periculo permanebit.

Malè formatæ cum fuerint linea Martis, & Mercurij; falsam, & deceptricem inclinat mulierem, & suorum causa deceptionum multa ducet ad interitum gens.

Quando linea Martis cum mala forma Veneris ducet secum lineam, & ambę vnius essent malæ apparentiæ, inconstantem, & publicam futuram esse meretricem edicit; & hæ duæ lineæ quando vnius apparitionis malæ erunt; à cōtagiosis, & incurabilibus se caueat morbis.

Quando inter lineam Martis, & Solis vna perseuerauerit mala forma; ingestuosa, & talis adultera erit mulier.

In tantum has coniecturationes, indicationes possidere, in quantum Arietis signo subiectę fuerit animaduertendum; nam si aliud ascēderet signum; minimè tabia descripta non erunt significata, haud admirationis subiectum sagax reddit debet lector in mulierum pertractatione hac nostra, nos minimè figuras ponere; & illas solum nos calamo explicare. In hoc ab eis peto excusationem peto; nam si mulierum sunt discursus; studia tamen, & speculationes sunt hominum, & illi qui capaces locorum, propriarumq; Planetarum situationum haud facti sunt in illis primis nostris discursibus; nec etiam ad horum intellectionem inclinantur, quamuis figuras poneremus; hac posita ratione,

ne, alia subsequitur perfectior, & est, quòd, quæ fierent coniecturationes; iuxta linearum apparitionum, non secundum veram essent coniecturationem.

De signo Tauri. Cap. 24.

TAuro veniente pro ascendente. Erunt valdè magni vultus mulieres, & frontis, cum rudi colore, facies carnosa cum magna in 3. top cis locis linearum copia, & in fronte præcipuè:

Nemo ex Zodiaci signis tantas ducit, vt Taurus lineas, quando ascendentis fuerit Dominus, & signum dictum, quando ascendet; mulierem oculos terrentes habentem, & capud mouibile, magis à dextera, quam à sinistra parte demonstrat. Capilli ad nigrum, & magnum tendent; spatulæ latæ, simulq; pectus erit; tardos ducet motus, tamen maxima fuerit labore prædita, & minimè odio illam habebit.

Signo prædicto cum prima facie ascendente ducet mulierem libenter amoris deditam rebus; virum habebit maioris ætatis sua; in amoribus suis pluries crimine afficietur suorum parentium causa à signabilibus afficietur infortunijs, & quia prima facies est in dominatione Mercurij; mulierem instabilem, & de repen-

Pente volubilem nunciat nunc ad vnum, ad alterum nunc; nec in vna nunquam permanserit voluntate, & quia multum se praeualet in hac secunda facie Mercurius; neum ei dabit sub nucula colli, versus spatulas declinantem, hoc cum possidebit, felicis possunt coniecturari euentus, si à dextera fuerit parte; verum si à sinistra; iustitiæ causa multa possunt prædici pericula, & iuxta neui prædicti naturam, & apparentiam, erunt maiora, aut minora eius accidentia. Quando in hac secunda facie aderit neus (vt dixi), & illa à dextera fuerit, aut à sinistra; determinata ei tribuetur coniecturatio, & præter neuos hæc prima facies in muliere indicat duo signabilia accidentia; in sua infantia vnum, ideft circa 4. annum suæ ætatis; & hoc primum accidens fuerit, quando ascendens Leonis signo perfectionem dabit; quòd signum est naturæ Tauri contrarium, & ideò in tali tēpore caueat se, nè aliquantulum eum ignis comburat, aut efferuescens aqua, & à casibus, & similibus.

Secundo quòd ei minatur accidens; est in 22. anno ætatis suæ; & in tali tempore ascendens Tauri, erit opposito signo Leonis perfectio, & erit signum Aquarij.

Cum secundas facies Tauri ascendet; reddet mulierem habens valdè æleuatum ingenium in tractando, valdè fuerit affabilis, ei variabilis erit fortuna, nunc vno, nunc altero modo; eius

T nu-

nuptus laude fuerit dignus, & multæ existimationis profitetur parentes; verum cum Luna huius secunda faciei fuerit dominatrix; quòd signum Lunæ est exaltatio, denotat mulierem melancholicam, & eius carnes non multum erunt albæ: hoc cum ascenderit 2. portans faciem ascendet, & mulier habebit neum circa extremam colli partem à dexteris; hoc duo significat, primo magnum casum cum maximo eius personę periculo & secundo quòd doloribus erit subijcienda matricis, & quia (vt dixi) in Lunæ imperio est hæc secunda facies; sunt obseruandi perfectionis anni, & erit quando ascendens transierit per Scorpionis signum, quòd circa 7. annum suæ ætatis fuerit, & non solum in anno 7. verum etiam in omnibus septenarijs numeris, 7. 14. 21. 28. 35. 42. &c.

In primis 7. annis per Scorpionem ascendẽs pertransibit; quòd Tauro est oppositum signũ in 14. per Geminis in 21. per Capricornum in 28. per Leonem, in 35. per Piscem, & in 42. per Libram.

Quando in tertia facie ascendet reddet pulchri mulierem aspectus, & delectabilium mẽbrorum; plura ei tribuentur donamenta; coloratam habebit carnem, & pulchram frontem, ad omnia incumbendum fuerit facilis; libentes actus possidebit Venereos, & quia in potestate Saturni est hæc tertia facies, ei spondet virum in mari naufragantem, sed tempore breui

ui iterum bona reassumet deperdita, & ad bonum vertetur statum. Quando mulier cũ prędicta Tauri facie erit, in facie signabitur neuo, & circa os fuerit; verum si à dextera parte; in bonis acquirendis bonam ei promittit fortunam. Signi Tauri inimicum, Leonis est signum cum eius sit Antiscius: semper signo Tauri ascendente in tertia facie; ab aliquo infortunio circa 11. annum suæ ætatis se caueat.

In ascendente Tauro; mulier lineam Veneris profundiorem alijs in eius fronte repositis demonstrat; & linea dicta cum longa, recta, beneq; fuerit formata; in eius matrimonialibus præfigurat coniugijs bonam fortunam, & virum secundum eius voluntatem optinebit; diues fuerit, & fortunata; mortuum possidebit hæreditates, & suorum parentium donationes; semper cum antedicta linea erit recta, mulier maiores Veneris annos viuet, vt sunt 82. & si linea ipsa circa infimam curuaretur partem, versus Mercurij situationem; vt sunt mediocri Veneris anni viuet, nempè 45. verum si omnimodè fuerit interrupta, & malæ apparentiæ; in minoribus Veneris annos morietur nempè in 8. accidentia hæc duplici capite intelligi debent, primo ascendentem esse Tauri signum, & 2. cum aliæ non apparuerint lineæ pręter illam Veneris.

Quando linea solaris Venereę correspondebit lineæ, & prorsus eandem illa ostendet et re-

ctitudinem,longitudinem, & profunditatem; apud dominos mulierem fortunandam esse significat,& eius vir nobilis fuerit ortus.

Leneam Veneris,dum iunctam lineæ Martis obserbabitis, & ambas in bona apparentia, mulierem valdè virilem, sagacem, & cum externo esse dandam in matrimonio indicat.

Cum linea Veneris in comitatione bona lineę Iouis fuerit;mulierē libidinosam,fortunatamq; proponit,& eius viri parentes erunt Ecclesiastis, quorum bona in talis mulieris erunt possessione.

Quando vna erit forma lineæ Veneris,& Saturni,& simul apparuerint;bona fruetur fortuna talis mulier, hæreditatesq; quòd ad eã peruenient,mortuorum coniecturabitis;fuerit lõgæ vitæ, & valdè diuitem ducet coniugem, & sua bona in territorijs consistent,& ędificis.

Linea Veneris Lunę comitans lineam in bona forma;valdè castam,honestam, liberalemq; coniecturabitis mulierem, prosperaue hornatam fortuna,eius erit vir.

Linea Veneris si in vnione fuerit cum linea Mercurij;ingeniosam,& bonę doctrinæ indicat mulierem;cum probo, castoq; homine in matrimonio dabitur,& inter se valdè amabuntur; contrarium accidet, dum in malam inspexeritis apparitionem Veneream lineam permanentem,& fuerit rupta,intrinsecata,breuis, vndosa, & quamuis aliam seruantem apparentiam;

tiam;huius ratione malignos,contrariosq; ascri bit effectus.

Dum fuerit rupta ostendit infirmitatem.

Quando intrinsecata; carceres, & monasteria.

. Cum breuis;paupertatem.

Si instar vndæ;incurabilem infirmitatem, & aquea pericula.

In malo aspectu dum fuerit linea Veneris, illa Solis simul ; mulierem facili negotio infamis se tribuentem rebus portendit; honor suus in nulla apud eam fuerit existimationis,& vilia tendet matrimonia.

Cum in mala posit one erit linea Veneris,& linea simul Martis,mulierem signat meretricem, & homicidam.

Quando malè linea Veneris Iouiali correspondebit lineæ, simulq; ambæ in mala fuerint repositæ situatione, talem mulierem malam admittere conditionem ascribit; suos maculabit parentes, & honorum causa multopere periclitabitur.

Cum linea Saturni,quando Veneris linea in mala erit comitatione;inconstantem coniectu rabitis mulierem;animi mali,maleq; opinionis fuerit,& si forte cum linea ipsa Veneris, & Saturni præerit 3.linea, & illa erit Martis, & tres omnes vnam ducerent apparentiam; in tempore suæ conceptionis Tauri ascendentem fuisse cum luminaribus,& duobus infortunijs in

aſpectu malefico;& hanc ob cauſam à ſuo viro occidendam eſſe deuclat adulteriorum ſtudio.

Quando Venereæ lineæ vnietur illa Lunæ,& malam ambæ duxerit formam,vt in hominum figura oſtendimus;adulteram futuram eſſe mulierem,& peſſimæ formæ prædicit;& ſic cum lineæ prædictæ apparuerint;ſic Lunam, vt Venerem ſuam in eius conceptionis tempore cũ malo aſpectu fuiſſe in aſcendente Tauri coniecturabitis.

Linea Veneris, dum in mala perſiſterit apparitione,& in illa prorſus eadem forma apparuerit linea Mercurii;fuerit talis mulier furioſa reprobum morum,in ſuis actionibus erit dedecens, verecundia afficietur, & cauſa verecundiarum ſuarum,à ſua fugiet patria.

De ſigno Gemini.Cap.25.

IN aſcendent ſigno Gemini; reddet mulieres amabilium morum,ingeniorum proborum pulchrorumq; membrorum; erunt tractabiles,& delectabiles in verſando;coloratus earum carnium apparuerit color,& ad ſanguineũ vergens; hæc namq; eſt talis Gemini ſigni natura;letæ fuerint, & iubilantes; voluntariæ in fruendis delectationibus metipſas dabunt;na-

tu-

turaliter hæ varias demonſtrabunt inuentiones.

In prima facie aſcendente; delectabilis, & letæ fuerit effigiei mulier;valdè liberalis;in loquendi diſcurſu eluceſcet perfecta in illo; nec quid ſuo celatum cordi ſeruare ſciet; & quòd in ore fuerit in corde permanebit, earum natura erit colerica,& in pauco tempore pertranſibit,& ſtatim ad amicæ rationis diſcurſum vertetur.

Prædictæ Gemini faciei dominator eſt Iuppiter,qui Planeta ſemper ei fuerit propitij in matrimonijs ſuis. In hac prima facie muliere naſcente, accidentale quòddam eam ſignabit ſignum in eius perſona, quòd ex proprijs ſuis perueniet ei fratribus,aut viro.

Tale Gemini ſignum, quando aſcendet cum gradu,aut 2.3.4.& 5. mulierem multopere generoſam,maximeq;ingenioſam denotat.

Sexto ducente gradu reddet eam nutricem bonam; & multo in tractando eruditam; & ſi aſcenderit primam Gemini ducens faciem in dextero neuo ſignabitur brachio, & hoc cum poſſidebit mulier, longa ei prædicetur vita, & maximas fortunæ bonorum acquiſitiones cumulabit,& quando neus in ſiniſtro figetur brachio; gallico erit ſubiecta morbo, & ſimilibus infirmitatibus;& quia huius faciei eſt Iouis dominus,vt alias diximus; à duobus mulier ſe caueat periculis à primo in 8. anno ſuæ pueri-

litatis,& ab alio in,in 15. anno,in 8.quoniam ascendens per perfectionem pertransibit per signum Capricorni, & in 15. per signum Leonis.

Signum Gemini cum secunda facie, quando ascenderit, quæ Martis subijcitur dominationi; mulierem pulchri aspectus, in suis actionibus nobilem, & magnanimam in fortunæ opibus fortunatam; in maximo suum seruabit honorem amore,& etiam honorem aliorum; virum ducturam esse maximę laudis, honorisq; coniecturabitis.

Cum secunda hac facie, circa 19. annum ætatis suæ periclitabitur valdè notabilis accidentis.

Gemini in secunda facie cum ascendet; demonstrabit mulierem circa secretas partes neuis signatam naturæ;& hoc cum probastis; talem, scitotè mulierem segnem alicuius proprij parentis futuram signat, vanitati, audacibusq; valdè deditam ostendit cogitationibus.

Ascendens signum Gemini in 3. dum ad fuerit facie, mulierem pulchrorum oculorum, & in musica delectabilem inclinat; & vir suæ patriæ in eius fuerit complacentia, hospitum erit amatrix, aut ad extra suam patriam habitandum inducetur.

In Solis imperio hęc est 3.facies,& maxima ei spondet pericula in 22.suæ ætatis anno.

Sub 3.faciei Gemini imperio semper,cum mu-

mulier nascetur;circa spatulas portabit neũ ; & si illæ à dextera erit parte;cum virtuoso viro matrimonio dabitur,& magnum in se conclau det valorem,& ob iniurias suo tributas ab eo viro,violentæ mortis periculo dabitur,si cum 3.Gemini aderit facie.

Se subijci admirationi minimè candidus debet lector, si dexteram, finistramq; præfiguro partem,cum conscius sim; signum in qualibet facie 10.seruare gradus, & neui in 3. 5. 7. 8. & 10.esse possunt, nam si veram cœlestis, signi agrediamur considerationem; magnam illam esse inueniemus;nam 3. signi pars in 10. consistit gradibus; hi gradus simpliciter non sunt, quoniam cum stellis conueniunt fixis; & fixæ stellæ sunt,quæ bonum,malumq; indicant, iuxta eorum naturam, & præcipuè neuorum, & adeò fatui sunt nostrorum homines temporũ, vt Phylosofare nequeant,nam illi casualiter minimè sunt positi;& omnibus omissis, vos moueat facies, quam, ad illorum pertractationem confeci.Rectè scio; Astrologos ob æuidentia nostra assignata signa labore multo; de ascendenti fieri certi possunt signo; hoc namq; est difficillimum in Astrologia sciendum ; adeoq; in se est singularis,vt nusquam antiqui de illa pertractassent.

Et cum ascendenti possidebitis signa, signo Gemini ascendente;quòd Mercurij subsiat imperio;quòd mulier fuerit cum linua mercuria-

ii

li alijs profundiore facili negotio erit dicendum;& quod illius profunditas magis à dextera,quam à finiftra propendet parte videbitis,& hoc(vt toties dixi)quia masculeum eſt signum; verum cum talis mercurialis linea,longa,recta, beneq; profunda fuerit; mulierem longæ futuram esse vitæ coniecturabitis, & maximæ fortunæ in suis negotijs comprobat.

Et cum prædicta linea qualemcunq; secum duxerit lineam eadem longitudinem, rectitudinem,& profunditatem admittentem; ad maiores perueniendam esse Mercurij annos affirmat nempè vsq; ad 76. & si curuaretur linea dicta,& totaliter, haud fuerit longa, vt tota frons;& aliarum lineæ situationum non elucescentur;mediocres Saturni possidebit annos, nempè 48. verum si illa rupta,breuis, intrinsecataq; fuerit absquè aliarum linearum ausilio eius vita vsq; ad annos minores,ideſt ad 20. extendetur.

Dum hæc linea Mercurij erit tortuosa,caua suorum bonorum infortunia coniecturantur.

Linea prædicta cum totaliter fuerit rupta talem mulierem furandam esse,& in maximis, quòd viuet miserijs perdiscit.

Quando illa erit breuis fortunæ bonorum ei indicabit priuationem;igitur hæc Mercurialis linea,quo magis fuerit formata,eo ingeniosam,& industriosam inclinabit mulierem.

Cum

Cum linea Mercurij erit Venereæ vnita lineæ, ambæq; bonam notauerint apparentiam mulierem amore plenam, modeſtam, & caſtarum curarum ducet, & hominem probum, & ex validis, boni ſq; præcintum documentis pro ſuo viro habebit.

Linea Mercurij, quando bene correſponſerit ſolari lineæ; futuram eſſe generoſi animi mulierem denotat, & vnicæ, ſingulareſuè ſuæ fuerint actiones.

Semper linea Solis, & Mercurij apparentè benè in fronte formata mulieris; ſuum antè 22. annum conjecturabitis coniugium, & nobilem ſeruabit virum, & à ſua vxore dominabitur; ſi in 23. anno, talis fuerit iraſcibilis, & ſubitaneus, & ſuæ vxoris ſuſpectus; ſi erit in anno 24. ambi prudentes, & virtuoſi fuerint, & eorum matrimonia à maximis pertractabuntur Dominis; ſi in 25. anno, cum maxima viri, vxoriſq; delectatione fiet matrimonium, ſed cum eorū parentium dolore. ſi in anno fuerit 26. virum ducet ſui amantem ſui cauſa ingenij, & doctrinæ, ſi in anno 27. erit vir eius hoſpes, & mulier ab homine dotabitur; ſi in 28. anno, hic fuerit ſenes, & ab illo amabitur valdè.

Linea Mercurij, quando benè correſpondebit lineæ Martis; mulierem inuitti futuram eſſe animi ſignificat; ſuam conſulet familiam, fidelis erit viro, grataq; ſeruis.

Lineæ Mercurij in bona apparente forma cum

cum linea Iouis; mulierem virum ducturam esse ante 18. annum prædicat,& si nubet in 14. anno ætatis suæ; suus vir apud principes erit fortunatus, si in 15.anno;suus vir simul cum ea longa perficiet itinera; si in anno 16. suus vir parentes habebit Ecclesia fruẽtes rebus; si in 17. anno, hominem pro viro habebit in armis delectãtem,& fortunatum,& si in anno 18.suus vir illam dotabit.

Cum in bona forma fuerit Mercurialis linea & Saturnina, mulierem bonorum, perfectorumq. morum coniecturamus, monicha fuerit ex propria eorum voluntate prouenićte. suam seruabit virginitatem, erit modesta, casta, & magnæ speculationis in cœlestibus contemplandis, & quando Dei ausilio cum secundis dictis lineis,alia ad fuerit fortunata linea; & ei virum promitteret; hoc ante 30. annum suæ ætatis erit, & hoc accidere posse in mora Saturni,& si in 30.anno nupierit; virum habebit subitaneum, primi motus suæ voluntati contrrium.

Si in anno 31. talis fuerit placabilis, maximiq; animi,& generosi.

Linea Mercurij cum in bona erit forma simul cum linea Lune; talis mulier multam felicitatem habebit,ab omnibus vniuersaliter ama bitur,& quando in mulieris fronte hæ duæ apparuerint lineæ,dici potest,Lunam in suæ conceptionis tempore à luminaribus, 2. fortunis,

&

& aſcendente inſpici.

Semper muliere duas habente in eius fronte rectas lineas, bonam excogitetis fortunam, duosq; viros; & ſi inter has 2. lineas numeraretur 3. & ſimiliter benè apparebit, ac videbitis alias 3. coniecturantur viri. Primum ſuum, quòd ei promittitur matrimonium in iuuentute ſua; maioris ætatis ſua erit ſuus vir, & alia 2. muliere ipſa iuniores fuerint.

Huius prædicas contrarium, quando in ſituatione ſua malè videbitis mercurialem lineam ſituatam; & quo ruptæ, breues, & interinſecatæ, tunc quibuſuis erunt peiores: lineæ interruptæ in ſituatione Mercurij, Gemini vnitæ aſcendenti, ſemper debile, parumq; afferunt diſcurſum; Mercurij lineæ breues, malignitatem, malaquè opera, intrinſecatæ caſus, & infortunia.

Cum linea Mercurialis, Veneris in mala forma comitabitur lineam, & vna alteri in eadem correſpondebit apparentia; mulierem indicant impudicam, & malè cum viro ſuo vixuram.

Linea Solis, & Mercurij in eadem mala apparente forma; mulier fuerit reprobi animi crudelis, & moleſta; ſuarum operum ratione, malum ſibi conficiet nomen; has quando ſic obſeruabitis lineas; dici poteſt in eorum conceptionum tempore; ſic Mercurium, vt aſcendentem, cum luminaribus, & 2. infortunijs

in

in malo aspectu fuisse.

Prædicta linea, & linea Martis, quando mala conuestientur forma; mulierem homicidam, malæ, pessimeq; futuram esse conditionis proponit; erit adultera, & multopere persequetur ob sua facinora.

Cum linea Mercurij, malè formata fuerit, & talis Iouis etiam fuerit linea; mulierem infelicem in suo futuram esse matrimonio connotat; vexationibus, miserijsq; sui viri causa afficietur.

Hæc linea, & Saturnina in mala dum fuerint apparentia; malarum cogitationum, melancholicam, cogitabundam, & viri sui traditricem mulierem portendit.

Semper cum in muliere in hac forma duas hac obseruabitis lineas, se, & virum suum ad præcipitem dandum indicat.

Et quando lineæ 3. Soli superiores, idest Martis, Iouis, & Saturni in malo consortio cũ linea Mercurij; mulierem cum suis parentibus ingestandam significant.

Significata hæc in tantum suas habent inclinationes, in quantum ascendens sit signum Gemini cum linearum prædictarum apparitione.

Quando linea Mercurij fuerit interrupta, malæq; formata in sua situatione, & illi in ea forma linea lunaris correspondebit; mulierem, signabilibus afficiendam esse infortunijs, mi-

sera-

ſerabilem, inſanequè mentis futuram eſſe nominat.

Ad hunc vſq; ſignum peruenimus, vt ſciamus quando ſignum Gemini propter mulierum coniecturationem in aſcendente fuerit.

De ſigno Cancri. Cap. 26.

Aſcendens ſigni Canceri; mulierem rubicūdi vultus, cum oculis magnis, fronte lata, dentes erunt paruli, pectus, & latæ ſpatulæ, brachia ad breuem inclinabunt potius, quam ad longum, copioſi eorum fuerint capilli, & intractando, honeſta, modeſta bonorum morum; maximiq; ingenij propinat.

Cancer, quando aſcendit cum prima facie, cuius dominator eſt Venus, reddet mulierem aſtutam, & magnopere diſcurſibus, deditam, & in literis prudentem, ſuæq; caſtitatis amantem.

Semper Cancro cum prima facie aſcendente ob Venerem, dabit ei in brachio neum ſiniſtro, & ex tali ſua coniecturabitur mors repētina, & ſi talis neui color fuerit nigricans grauior ſua fuerit mors, & ſi melatus, aut rubeus ex valdè leui re ortum ducet.

Cancer quando cum ſecunda facie aſcendet, quem dominatur Mercurius, reddet mulie-

lierem pulchræ apparentiæ oculorum, & oris; & neuos in facie habebit, & his elucescentibus signis; mulierem aliquo afficiendam esse infortunio in facie denotat accidentali.

Cum hac secunda Cancer in Ascendente facie, circa sinistram oculi partem solet adducere neuos, & hoc cum apparuerit, tradendam esse, & sua bona amittendam esse coniecturabitis.

Lector minimè miretur; me in qualibet signi parte demonstrare neuos, & quòd postea mulier illos non possideat in illa facie, nam hoc non ex signo, sed, vt pluries propter aliquem Planetam, qui in ascendente inuenietur, qui maiorem vim signi tollit, verum semper libero ascendente, idest, quòd cum eo, non fuerint Planetæ; neui descripta retinebunt significata.

Signum Cancri 3. conuestitum facie quando ascendet eam Luna dominante, demonstrabit mulierem rotundi vltus oculorum magnorum, cum venis, & vnguibus suptilibus; suus nasus erit breuis, & circa dexteram tibiam talem signat neuo, & talem quando ostendet neum; multo ad fortunæ bona possidendum ab Ecclesiasticis parentibus mulier inclinabitur.

Cum prima facie Venus signat eam periclitandam esse in anno 14. ætatis suæ.

Cum 2. Mercurius in anno 15.

Et cum 3. Luna in 24. annis.

Can-

Cancer, quando ascendentem dominabitur; indicabit mulierem cum prima linea, quæ in principio nasi est qualibet alia in eius fronte signata profundiore, de lunari profunditate diximus in alijs locis, esse minimam suam profundantem lineam.

Postea vero modus noscendi primam, 2. & 3. Cancri signi faciem ex eadem Lunæ linea habetur, & sic obseruatio dirigitur.

Primo attendite; quæ nam pars sit illa lineæ lunaris, quæ magis alijs profundabitur; si dextera, aut sinistra, vel medium eius fuerit, & cum ignoscistis illam diei natam esse tempore; illam magis à dextera, profundare parte; si noctis à sinistra magis; & quò à dextera profundabitur parte eo Cancer fuerit cum prima facie; si in medio; cum 2. & si in sinistra, cum 3. facie; & hoc, quando diurnus fuit intelligitur ortus.

In contraria huic versamini coniecturatione, quando nocturna fuerit natiuitas; nam profunditas ob primam faciem, erit in parte sinistra; in medio 2. & 3. in dextera.

Obseruationes à vobis peragendas consideretis; & in Physonomia naturali præcisè; nā in illa tota sedet coniecturatio ascendentem coniecturandi signum.

Linea lunaris recta, longa, & profuda apparente; mulierem, magis ab externis, quam ciuibus amendam esse connotat, & cum extraneis

V ni

in matrimonio dabitur, aut extra suam patriã suam signauerit habitationem, in quolibet fortunabitur tempore; & si linea prædicta aliquãtulum fuerit profunda (in ea profunditate, quæ Lunæ potest intelligi) mulierem fortis, bonequè futuram esse complexionis coniecturabitur.

Quando linea lunaris taliter longa fuerit, vt vnam, alteram frontis pertinerit partem extremam, nempè ad templas vsq; mulierem longæ vitæ; felicis secundeuæ fortunæ coniecturabitis.

Quando in mana societate linea Lunæ fuerit cum Mercuriali; mulierem maximè reddet imperiosam,& præcipuè in iubendo;fuerit bonæ memoriæ,profundiq; ingenij; magis monesterio dedita,quam coniugio;honestatem,honorem,Deiq; decus extimabit.

Cum linea lunaris benè correspon ferit Venereæ lineæ;mulier erit fortunata, hæreditatibus, donationibusquè fruetur; fuerit casta, & probis ornata cogitationibus; religionem, castamq; desiderabit vitam.

Lunaris, quando solari in bona correspondentia vnietur lineæ; mulierem cum Principibus,dominisuè futuram esse fortunatam prædicat,multæ fuerit existimationis in suo matrimonio, suus vir erit nobilis, & à maximis cognitus Dominis.

Cum lunaris linea in bona forma, & illa simul

mul Martis fuerit;mulierem animi nobilis,honestam, quietem, maximæq; sui honoris inclinat amantem.

Suus vir erit martialis,arma tractãs,& equos prædicta linea,& Iouialis bona cum simul erũt conuestitæ forma;erit mulier, quæ bonas fortunæ bonorum efficiet acquisitiones.Suus cõiux fuerit doctor,aut parentes habuerit Ecclesiasticorum;sanæ erit complexionis, & longa fruetur vita.

Quando lunari accesserit linea Saturni in eadem prorsus forma;mulierem talem esse hæreditatem possidendam;omnesq; sui morientur fratres.

Duæ hæ lineæ,quando erunt longæ, beneq; situatæ,plura possent coniecturari primum;vita longa,& 2. plures coniuges.

Cancri ascendens,quando has duas habebit lineas,& in illis cum vnione fuerint aliæ Planetarum lineæ,& hæc 3.aut 4.linea, similiter erit recta,longa,& profunda;illam,tot habendam esse viros,quot plures præter duas apparuerint lineæ.

Quando in lunari lineę inspicietur,breuitas, interruptio,& suptilitas fuerit cõtrarium,pauca q; simul erit apparitio dictarum.

Quando erit breuis;talis erit vita.

Cum interrupta ; continuas infirmitates, & parum vitæ.

Quando intrinsecata,infortunia,& persecu

tiones si sup:ilis;paucæ fuerit complexionis,& non longæ vitæ.

Quando aliquantulum releuabitur;futuram breuem,& formidabilem portendit mortem,& tanto formidabilior, quando linea prædicta rupturas,& intrinsecationes habebit.

Quando malè positæ linea lunaris, & Mercurialis fuerit in eorum situationibus; mulierem mendacem, fallacem,immodestam, parum aut nihil suam honestatem amantem enormia, & debicibilia conficiendam esse significant.

Cum lunaris linea fuerit in aspectu malo, & in ea forma illam sequetur linea Veneris; mulierem lasciuam, fornicatricem, insani intellectus, & nunquam loco stare scientem denotant.

Quando difformis lunaris fuerit linea, & iuxta conformitatem illam obseruabitis solarem, infortunata erit mulier, & paucum honorem suo viro, suisquè tribuet parentibus.

Semper, cum in tali forma apparuerint lineæ supradictæ, & Cancri erit ascendens; Lunam,Solem, & ascendentem, in tempore conceptionis fuisse cum malo aspectu, & non solum Lunam, & Solem, verum etiam secunda infortunia maleficos tunc ostendisse aspectus.

Quando in vna, eademquè apparitione fue-

fuerit linea Lunaris, & Martialis; mulier erit falsaria, indiscreta, & pessimorum morum à casibus, præcipitosisq; se caueat locis, & ab ignea, & igneis armis offensione.

Cum in prima faciem semper Scorpione ascendente;mulier in spatulis habebit neum,& si hic à dextera parte erit; in matrimonij bona mulier fortuna fruetur,& si à sinistra, cum parentibus suis præfigurat ingesta; in hac prima facie mulier signabili afficietur periculo, & in anno 23.suæ ętatis fuerit.

Cum 2.facie ascendente, quam dominatur Sol pulchrorum,& contemperatorum morum prę figuratur mulier,infacie ostendet neum;si à dextera infortunę bonis erit fortunata cumulaudis;,virum veneratione dignum, probumq; habebit, & si à sinistra fuerit à morbo mulier se caueat gallico, aut ab alij contagiosis morbis.

Hoc signum Scorpionis maximum mulieribus minatur periculum,quando in 2. conuolutum ascendit facie;eritq; circa annum 12. eorũ ętatis.

Et tertia assumente faciem ascendente à Venere dominatam,volubilis mulier erit,& incōstans,validę fuerit complexionis; suus stimulabitur honor,suoq; viro erit infamię; famulos, seruilesq; fugiat; nam hac tertia ascendente fa-

cie;

cie, nisi beneficos illam defendentes habuerit Planetas; mulierem meretricem inclinat, & turpium morum; circa verecundes partes portabit neum; se caueat à peste à maleficijs mulierum, & à morbo gallico, hoc Scorpionis signū tertia signabilia connotat pericula, primum in 8. anno suæ ætatis; secundum in anno 14. & tertium in anno 31. hæc sunt extra directiones; nam accidunt ob transitus malos maleficorū signorum, & Planetarum, &c.

Signum Scorpionis, dum fuerit in ascendente, & mulier erit cum linea Martis profundiore alijs, & quia signum prædictum est fœmineum, magis à sinistra, quam à dextera profundabitur, & quamuis ortus fuisset diurnus, sinistra, (vt toties dixi) præualebit, & cum fuerit prædicta linea Martis, recta, longa, & profunda, mulierem admirabilis esse valorem diceris; virilis, & generosi erit animi; fida, honorabilis, & viro suo fortunata fuerit; pudicæ vir erit cogitationis, & bonorum morum; semper cum hāc lineam in suis circumstantijs videbitis dictis; posset dici, quòd in tempore suæ conceptionis ascendens, Mars, luminaria, & fortunæ fuerunt beneficorum aspectuum; & integra cum fuerit linea Martialis, maximos mulieri spondet annos, hoc est *66.* vt in Arietis signo diximus, & si signum ipsum diei tempore præualebit, in nocte Scorpio.

Si indirecta linea Mercurij fuerit aliquantulum, illasquè dictas non habebit conditiones, promittuntur ei mediocres Martis, nempè 40 & cum fuerit totaliter indirecta, aliaq; fortunatæ non aderint lineæ in defensione; possidebit annos minores idest 15.

Cum linea prædicta fuerit breuis, interrupta, & intrinsecata; mulier vitijs, & indignis erit plena actionibus; erit infortunata, & infortunijs subiecta, & cum linea prædicta in antedicto modo videbitur, dicetur; quòd in tempore conceptionis ascendens cum luminaribus, & Mars inter se cum malis fuerunt aspectibus, & huius ratione causæ taliter efformata fuit linea, semperquè vt diximus, erit linea ipsa; in coniugijs suis infortunata fuerit mulier.

Linea Martis si in comitatione bona erit cum linea Iouis; erit mulier fortunata, magnanimi animi; virum possidebit nobilem, & inter se erunt amantes, bonis ornabitur moribus, & sui honoris amatrix, pia, facili negotio parcet, erit fortunata, & nostro permitiente Domino) naturali morte morietur.

Cum in tali forma istam inspexeritis lineã; in tempore suæ conceptionis, sic Martem, vt ascendente in bono fuisse aspectu cum Ioui, & luminaribus; & quòd ideò Martis, & Iouis in tali apparentia efformauit lineam.

Quando in bona forma linea erit Martis, & linea Saturni; mulierem contemplationis amãtem,

tem, maximi ingenij inclinat; causa fortunæ sui viri, sua multiplicabuntur bona.

Cum linea Martis in bono fuerit consortio cum linea lunari; boni mulierem reddet ingenij, fortunatam, bonamq; corporis valetudinē habentem, & virum ducet ignea tractantem magisteria.

Quando linea Martis, & Mercurij vnitæ pulchri erunt aspectus; erit mulier fida, laboriosa, & suum amans coniugem, bonis erit doctrinis, diuitijsq; coronata, & multopere viri sui bona conseruabit.

Quando Martis, & Veneris benè apparuerint lineæ; cum nobili viro in matrimonio dabitur mulier, & fortunato, in actionibus suis maximo, & generoso vtetur animo.

Quando eodem modo erit linea Martis, & Solis; magnas mulier faciet bonorum acquisitiones; eam colent, & amabunt sui parentes; magis præclari ortus suo erit vir, cum coniuge suo officiorum causa, & honorum ad viaticos inclinabitur.

Post linearum rectarum, beneq; situatarum explicationem, necesse est, vt malarum apparentium, & indirectarum pertractationem agrediamur, & si probas adduxerunt indicationes bonæ eorum propter formalitates, malas deformes nunciant, & si bonarum est rectitudo, longitudo, & profunditam cum colore; interruptio, intrinsecatio, breuitas, tortuositas cur-

nitas, & vnduofitas eft malarum.

Cum malè Martis apparuerit linea, & Iouialis, & ambæ illæ vnam feruauerint formam, indecentem propinat mulierem, pauperem, parcæ fortunæ, & miferijs, multis afficietur infirmitatibus, fe caueat à deftillatione, apoplexia, paralifi, & fimilibus.

Cum linea Martis erit in reproba forma cũ linea Saturni; mulierem condunt infortunatam, & violentæ mortis periclitantem, & fi cum lineis dictis nempè martiali, & Saturnina connumerabitur linea Lunæ in eadem forma, & apparentia; in aquis poffunt coniecturari immerfiones, & fi loco lunaris, folaris ad fuerit linea malè formata; mulierem effe occidendam fignificat; fi illa effet Mercurij; perbrachia fufpendetur; fi linea Veneris; in adulterio reperietur.

Lineæ omnes hæ talis malæ apparitionis; violentam portendunt mortem.

Cum linea Martis, & Lunæ malæ fuerint comites; mulier vulnerationi fubijcietur, & fignabilibus in fortunijs, & quò lineæ antè dictæ fuerint intrinfecatæ, eo enormia, & terribilia eorum fuerint infortunia.

Cum in mala pofitione linea Martis erit cũ linea Mercurij; mulierem edicit deceptricem, traditricem, & carceres eam vexabunt, & exilia.

Cum linea Martis veneream malè comitabitur

bitur lineam; mulierem demonstrabit incontinentem, meretricem publicam, & tanto peior, quanto cum prædictis lineis aliæ interruptæ aderint lineæ, & intrinsecatę, & hoc dum obseruabitur; suorum causa facinorum, violenta cōiecturari potest mors.

Quando linea Martis comitem malam, linea habuerit Solarem; inclinat mulierem acutis morbis infortunijs in oculis, vulneribusquè & etiam se cauere debet ab igneis instrumentis.

Semper cum hos videtis linearum aspectus; in tempore conceptionis; ascendentem, Martem, & Solem in malos fuisse aspectus, & ideo sic æluce scerunt lineæ.

De signo Sagittarij. Cap. 31.

CVm signum ascendit Sagittarij, mulier valdè coloratę erit faciei, potius longæ, quam rotundæ faciei fuerit; oculi concauitas valdè magna erit; cęlestis coloris fuerint oculi, pulchræ frontis, formati nasus; os nec magnum nec parum obseruabitis, dentes ad magnos inclinantes; pulchro vestietur aspectu, & iuxta simetria membrorum, fuerit sanguinea, & sanguinis subiecta fluxionibus; contemperata in magnitudine, & paruitate eius erit perso-

na,ſpatulę, & pectus, magis latæ, quam anguſtæ.

Signo Sagittarij aſcendente cum prima facie,quam dominatur Mercurius; mulier viaticis fuerit dedita; altæ fuerit ſtaturæ, & in ſtomacho habebit neum,& ſi hic erit à dextera parte;fuerit mulier fortunata in matrimonijs, & in anno 21. ætatis ſuæ adueniet ad eam accidens, & hoc, quia in tali tempore annalis aſcendentis perfectio.

Sagittarij ſupra antiſcium tranſit ſuum, & cum neus fuerit in parte ſiniſtra; peſtis mortis periculo aut morbi contagioſi afficietur, & à ſuo vexabitur accidente in anno 26. ætatis ſuæ.

Sagittario cum 2.facie aſcendente, quæ Lunæ eſt ſubiecta dominio, diuerſis cogitationibus mulierem componit;honeſta erit, & laude digna,bonum fortunæ ſtatum conſequetur, & circa dexteram coxam infixus ei fuerit neus, & illum cum habebit bonæ vitæ erit mulier, ſed aliquantulum libidinoſa, & ſi neus fuerit in coxa ſiniſtra,extremam pertincet miſeriam; in hac 2.Sagittarij facie timendum eſſe dico accidens quoddam in anno 19.ſuæ ętatis,& quia in tali tempore annalis perfectiò ob Sagittarij aſcendentem, qui erit in oppoſitione ſigni, & ideò fuerit admirabile accidens,& eo periculoſior,quò Planeta ad fuerit infortunatus.

Si-

Signum Sagittarij conueſtitum facie, quando aſcendet, quam dominatur Saturnus; mulier erit melãcholici vultus, pulchrorum membrorum, magnæ prudentiæ, grauium oculorum, & diuerſorum colorum, & capillorum nigrorum potius, quam alij coloris.

Fuit ſemper obſeruatum, quòd ſemper 3. facie aſcendente Sagittarij, rarò neuos habuerunt mulieres, & talem ob cauſam minimè illos aſſignauimus, & ſi illos haberent, in coxis etiam eſſent, vbi ſigni adeſt dominium; quòd mulieri affert periculum hæc 3. facies erit in anno 26. ætatis ſuæ, & ratio eſt, quia in hoc tẽpore aſcendens per perfectionem tranſit annalem ſupra ſignum Capricorni; quòd Sagittario eſt contrarium, cum ſuus ſit antiſcius.

Cum ſignum Capricorni erit aſcendẽti perfectio, & ſignum Sagittarij erit propter aphitam, ſeu vitæ datorem; periculum in 26. anno maximè cum vitæ fuerit periculo.

Quando ſignum Sagittarij aſcendit, lineam habebit *I*ouialem profundiorem lineis alijs, & ſi illa ſuas bonas 4. habuerit propoſitiones, nẽpè rectitudinem, rectitudinem, profunditatem, & colorem, primo dicetur, quòd in tempore conceptionis ſuæ Iouis ſuus fuit in eodem Sagittarij ſigno, & hanc ob cauſam fortunata erit mulier, bonæ legis, & ab omnibus amabitur propter ſuas probas qualitates, & modos; viacicis erit dedita vnita viro ſuo officiorum, & ho-

honorum ratione.

Cum mulier taliter efformatam habuerit lineam;longæ fuerit vitæ,& tanto tempore viuet quò maximi Iouis erunt anni, ideſt 79. & ſi linea ſupradicta aliquantum fuerit interrupta ; dabit ei Iouis mediocres annos, ſeù 45. ſuæ ætatis.

Et ſi totaliter fuerit intrinſecata, aut interrupta, & in tali apparentia, haud aliarum habuerit linearum auſilium defendentium;annos poſſidebit minores Iouis,ſcilicet 12.

Et ſi ſolummodo longa fuerit,& directa;maximæ mulier erit fortunæ, & ſuper omnia fortunata fuerit cum filijs ſuis; viaticos efficiet, qui maximè ei erunt iuuaminis.

Semper cum hæc linea Iouialis mulieribus obſeruatur; quòd in tempore ſuæ conceptionis aſcendens, & Iouis inter ſe inſpiciebantur in Trino; ſi tantum dicta Iouis linea erit profunda, fortunatum magnoperè illi connotat virum.

Si ab vna ad alteram templam extendetur longitudo,etiamq; fuerit profunda; virum illi dat extraneum, & ad longinguas ducet illam regiones,& ſic cum apparuerit linea prædicta; Iouem ſuum in eius conceptione ſimiliter in Trino fuiſſe cum aſcendente ſupponi poteſt.

Quando mulier,Iouialem ſignabit lineam indirectam;cauſa viaticorum eſſe ægrotandam indicat; fuerit infortunata, & bona ſui patriæ deperdet.

Ta-

Talis cum obſeruatur linearum aſpectus; quòd aſcendens aſpiciebat ſuum dominum Iouem cum malo aſpectu,luminaria,& 2.infortunia, & propter hanc cauſam talem optinuit formam Iouialis linea.

Si linea *Iouis* apparuerit intrinſecata à maximis mulier vexabitur cotenſionibus, & litigijs cum viro ſuo; habebit anguſtias, & infortunia,& quando in tali fuerit apparitione cum aſcendente Sagittarij,& quòd ſecundo luminaria,& ſecundo infortunia,ſimiliter fuerunt cum malo aſpectu in aſcendente dicetur.

Hic vobis ſit palam totum id,quòd antea minimè fuit explicatum in his Methopoſcopis obſeruationibus, primum ſunt, quæ videntur apparitiones, & ſecundum eſt vobis allata ratio; diligenter obſeruetis frontem, & poſitionem, formamquè conſideretis linearum; poſteauè diſcurrite; dum lineas Planetarum coniecturabitis,nihil dicatis, niſi ſecundas luminarium prius conſideretis ſituationes, & deindè ſecunda infortunia, & ſi inueniatis vnum altero eſſe peiorem,dicatis ſignificatricem lineam, quæ eſt illa à vobis coniecturata, eſſe malam et ſi vnus luminarium illi correſponderet;mala eſt excogitatio,et quò aliqua ex his quatuor, aut omnes illi reſponſerit, eo fuerit peior; verum ſi linea ſignificatrix malæ fuerit apparentiæ, et bonæ erint luminaria, et infortunia; ſignificatrix mitigabitur linea, et tantam haud

ha-

haberet vim ab ea promissum malum indicandi, ratione aliarum linearum ausilio, totumquè id, quòd malarum coniecturabitis linearum, bonarum excogitetis.

Quando aliqua linea bona apparuerit magnam portendens fortunam, & lineæ luminarium, & infortuniorum malæ fuerint apparētiæ; secundos actus minimè promissæ optinuerint fortunæ, ob malam situationem aliarum comitantium linearum.

Extote igitur diligentes, & primo nihil determinetis nisi id, quòd significare vultis vobis fuerit clarum.

Cum linea Iouis erit recta, longa, & profunda, & in eius correspondentia fuerit linea Saturni cum eadem apparitione; magni mulier erit animi, bonæ eloquentiæ, & sui viri bonorū conseruatrix, longa fruetur vita, eiusq; naturalis erit mors.

Cum linea Iouis lunari lineæ bene responderit; bona mulier hornabitur fortuna; boni ortus virum ducet, pulchri erit, & grati aspectus, & magnus inter eos commorabitur amor, & hæc linearum cum apparuerint genera, quòd in tempore conceptionis ascendens Luna, & Iouis fuerunt cum bonis aspectibus cum Sole, & 2. infortunijs dicetur.

Quando linea Iouis, & Mercurij bona præcincetur forma, magni mulierem denotant ingenij, suumq; virum in literis, bonisq; euentibus

tibus inclinatum connotant.

Cum linea Iouialis, & Veneris vnius bonæ præfigurata sit formæ; demonstrabit muli erem diuitem, fortunatamq; & maximè nobilibus medijs hominibus; hæ secundæ lineæ sunt illæ fortunæ, & quando vniformes fuerint, mulierem longæ futuram esse vitæ bonequæ corporis valetudinis coniecturabitis.

Linea semper cum in bona Iouis, & Veneris fuerint apparentia, in tempore conceptionis, Iouem, & Venerem benè fuisse collocatos, & illustratos à radijs beneficis, sic ascendentis, vt luminarium obseruatum est; & significata hęc omnia, tempore, labore, & experientia fuerunt a nobis comperta.

Quando Iouialis, & Solaris in vna eademq; bona apparuerint forma; mulierem à suo viro esse venerandam, & ad dignitates esse ascendēdam, & principum, dominorumq; existimationem significat.

Semper his duabus lineis in tali forma apparentibus; ascendentem, Iouem, Solemq; in eius conceptione fuisse cum felicissimis aspectibus dici potest.

Quando linea Iouis cum Martiali benè apparuerint, mulierem nubendam esse cum viro Regis stipendiaria, & dominante militares homines explicat.

Cum prædicta Iouialis linea, & Martialis, in tali bona fuerit apparitione in fronte mulierum,

rum, dicetur quòd in tempore eorum conceptionis Mars, & Iouis cum ascendente Sagittarij fuerunt in bono aspectu Solis, & Lunæ, & hanc ob causam illarum fuerunt coniunctę apparentiæ.

Directarum linearum indirectæ sunt contrarium, & quò magis sunt ruptæ, intrinsecatæ, & breues, eo erunt infortunatæ; & quando alias lineas aliorum Planetarum infortunatorum sequentur; maiores influent vexationes, & infortunia.

Cum linea Iouis malè fuerit situata cum linea Saturni, illęquè ambæ fuerint ruptę, & intrinsecatę; mulierem infortunijs, odio, inimicis, miserijs, & calamitati esse subiectam indicat.

Quando in mala comitatione linea Iouis fuerit cum illa Lunę; coniecturabitis mulierem infortunatam, virum habentem malum suorum deperditorem bonorum, cuius causa in continuis fuerint litigijs, contensionibus, odijs, & iracundijs. Semper his duabus apparentibus lineis; dicetur, quòd Iouis, & Luna, & Sagittarij ascendens, intersè malos seruant aspectus, & quòd in eorum conceptionis tempore a maleficis Solis inspiciebantur aspectibus, & ideò lineę fuerunt taliter impressę (vt supra diximus.)

Cum in mala situatione fuerit linea Iouis, & Mercurij; mulierem reddet fraudulentem, vanam,

nam,mendacem,maleficam, & viri sui præcipitij erit causa.

Linea Iouis quando fuerit interrupta, & intrinsecata,& in eadem forma erit linea Veneris;mulierem ostentatricem, & viri sui deceptricem conuocat; & si cum his duabus lineis, similiter fuerint aliæ interruptæ, & intrinsecatæ,& alicuius rectæ lineæ ad fuerit minimè auxilium,mulier occidetur in adulterio.

Quando linea Iouis in mala forma fuerit cũ linea solari;mulierem esse persequendam,suisq; viri futuram inimicam prædicat; in continuis fuerint contenfionibus,diuortiumq; quærent; erit subiecta infortunijs,& minimè cognitis infirmitatibus.

Cum reprobè apparuerit linea Iouis cum linea Martis;dicendum erit, quòd mulier stimulabitur ab infirmitatibus plagarum;ani mad uertat,nè ab altis,& præcipitosis capat.

Semper cum hæ secundæ lineæ,Martialis,& Iouialis malè apparuerint,indicabunt ruinas, casus,& infortunia.

Dum hæ obseruantur lineæ in hac forma, quòd ascendens in conceptione;Marti fuit oppositus,& duobus luminaribus.

Planetę semper,eum in tempore conceptionis inter se in malis fuerint inuoluti aspectibus, supradictas linearum producunt apparitiones.

De

De signo Capricorni, Cap. 32.

QVando hoc Capricorni ascendit signum; mulier fuerit aspectus melancholici, fuscæ carnis, potiusq; magna, quam parua; oculos ducet concauos, pallidamq; faciem, vana erit, lasciuiaue plena; valdè emaciata obseruabitur, cum nigris capillis, inæqualibus dentibus, & magna voce.

Capricorni signo in prima facie ascendente, quam dominatur Iouis; mulier fuerit placabilis, delectabilisuè; in facie ostendet neum, & si illæ fuerit à dextera, contemperatam inclinat naturam in ea; si à sinistra, dexteræ contrarium, illamquè reddet incontinentem, incapacitauè plenam.

Prima hæc facies in se, signatum prædicat accidens, in anno 22. ætatis suæ, & hoc, quia, in tali tempore per annalem perfectionem fuerit ascendens cum signo Libræ, & in quadrato inspiciebantur, & cum Capricornus triplicitatis sit particeps terreæ, & Libra aereæ, inter se inimicitiam profitentur, & vt inimici; in sublunaribus corporibus eorum malas inclinant indicationes.

Capricorno in secunda facie ascendente, quæ Martis substat dominio; portendit mulierem furiosam, colericam, martialem, magis grauem, quam mœstum possidentem, bona efficiē-

tem

rem matrimonia; consolationes amplectentẽ, & fortunatam; mulier illa, quæ in ascendente secundum habuerit faciem; naturaliter ad non suos amatos genitores inclinabitor;in brachijs signabitur neuo,& aduertat,nè in illo accidentalem habeat percussionem; si in sinistro fuerit brachio;grauior,& periculosior erit accidens,si in dextero; contemperabitur malignitas,quam stellæ influut.

Signabilia secundo hæc secunda facies accidentia possidet;horum primum,fuerit in anno 18.ætatis suę, & secundum in anno 33. & horum temporum ratio est;quia signo Capricorni ascendente ab antiscio, & contrantiscio offenditur inimicorum signorum,& si in his temporibus fortis haud redditur eorum generatio à bona directione,& reuolutione beneficorum Planetarum,ex se grauia sunt accidentia;si aliqui dicerent,in tantum signa hæc sortiuntur effectus, in quantum ei superueniant directiones,& aliter minimè enenire possint indicationes tales;respondetur, quòd non solum ob directiones,vt toties probaui, sed ob releuationes etiam,& alias rationes apud temporũ nostrorum Astrologos reconditas.

Varietas est Astrologorum, in dirigendo inter Planetas cum latitudine,cum terminis,gradibus,faciebus,& cronicatijs, alij cum reuolutionibus,cum perfectionibus,transitibus,& pręteritionibus,continuo inter stellas obseruatis.

Ve-

Verum ſecundum obſeruationes meas,pro ali-quo omnium maximo rem quam vidi exiſti-maui,& cum obſeruaſſem ſituationes, lineaſq; fortunæ in illis, illas inueni prorogatiuas, il-loſq; tranſitus quos minimè in Aſtrologia re-perij,& ab experientia maximè non ſolum re-cepi impreſſas frontis lineas, verum in eodem frontis eſſe illarum videtur fixio.

Non quid magnum ſit vobis quęſo;nam in hoc paſſu obſeruaui, quæ loxi nunquam in li-bri,& cum his à me peractis obſeruationibus, experientiam elegi pro mea magiſtra,quæ ſem per inuenitur veridica in Planetarum aſpectus oſtenſione,& cęleſtium ſignorum aſcenſionem ſub formis linearum.

Quis vnquam crederet, lineas apparentes in locis corporis topicis;imprimi in conceptio-ne a natura magiſtra, & hoc oſtendi in princi-pio eum abortuum demonſtratione;verum id, quòd maioris eſt admirationis eſt linearum tranſgreſſio, quam non animaduerſit homo; tranſgreſſionem dico,nam quibuſdam tempo-ribus videntur lineæ talis apparitionis, & in alijs alterius apparitionis; in pueritia vidi li-neas quaſdam eſſe ruptas, & adoleſcentia in-tegras; aliquoties vidimus in pueris lineas in-tegras, & poſtea temporis mora ruptas illas, intrinſecataſquè inuenimus; harum rerum, vt ſæpè dixi, ſecundæ fuerunt Solum, quæ nos redderunt claros vna,longi temporis obſerua-

tio,

tio, & altera expertos nos fuisse ortus in vero ascendentis puncto, hæ duæ mihi ostenderunt viam, & si vna fecit palam ascendentem; altera cęlorum aspectus; supponamus naturam esse à creatore suo subordinatam in cœlis tribuendo motus, vt causis secundis, & cęlos, vt talia humana delineare corpora; aspectus illi à cœlis effecti, se ipsi haud sunt aliud, quam sui cęlestis motoris instrumenta, quæ sub linearum formis, humanæ vitæ aditant cursum, & quando vt trianguli, quadranguli circulorum, semicirculorum, linearum rectarum, curuarum, acutarum, intrinsecatarum, interruptarum, vndatarum, foueatarum apparebunt, & longę, profundæ, breues, capillares, & in qualibet alia forma significant, & sic clarè nobis ostendunt, quidnā se ipso sit cœli influxus, & in nostrarum conceptionum tempore, & in hoc videtur naturā nobis ostendere aspectus sub linearum formis, & lineas sub formis aspectus; quare ho mines putant cœlos loqui; nam in alio eorum non consistit loqutio, quam in lineis, & ideò dixit Iob. capite 37. Qui in manu omnium hominum signat, vt nouerint singuli opera sua.

Et quando signum ascendet Capricorni cū tertia facie, quam imperatur Sol; mulier erit citrini coloris, rubicundæ faciei magnorum oculorum, lucidorum, & sblendentium; magnorum dentium, & à suo amabitur viro; in spina

Z por-

portabit neum;si hic fuerit à dextera parte magnu mulier fruetur fortuna;si à sinistra,à multis vexabitur infortunijs;offendetur in tibia,& in anno 11.ætatis suæ accidens expectabit,& in hoc tempore fuerit propter primum quadratum Capricorni cum Libra;secundum periculum fuerit in anno 22.suæ ætatis,& fuerit,vt supra propter inimicorum signorum antipatiam.

Semper signo Capricorni in ascendente ; mulier reddetur cum linea Saturni profundiore lineis alijs frontis,& si linea ipsa fuerit recta, longa,beneq;profunda;mulier inclinabitur pia, misericors,& pauperum amatrix; copiosis erit plena diuitijs,& magis, quam vnum possidebit virum,& cum in tali forma hęc videbitur linea, & secum aliæ fuerint lineæ eiusdem apparitionis; mulier secundum maximos annos Saturni viuet,ideft 57. verum si aderit linea Solis in lectitudine,hos pertransibit annos propter solam lineam ascendentis Capricorni, quæ fortunam,& mortuorum bona denotat.

Linea Saturni quando fuerit interrupta,& in plures partes diuisa; mulier mediocres Saturni habebit annos,nempè à secundum, multas obseruari ad meliorem transientes vita in hoc ætate;annus hic 42. dicitur sit sextus climaticus;obseruetis Veneris cronicationem , illosquè diei tempore nascentes , quos imperatur Saturnus , & inuenient annum 41. sex

men-

menses, & 26. dies.

Et cum linea Saturni totaliter fuerit rupta, maleq; situata; mulier seruabit annos minores Saturni, nempè 31.

Hæc linea Saturni, quando apparuerit in hac reproba apparitione; mulierem morituram esse repentinæ mortis portendit.

Quando linea prædicta fuerit breuis, & verget ad profundum; mulier habebit hæreditates, & quamuis linea Saturni non fuerit longa, parum aut nihil refert, vt in hominum pertractatione dixi; mulieri bonam ascribit fortunã, habebit diuitem cõiugem, & fortunatum, multos generabit filios, suosquè videbit nepotes, & si lineæ prædictæ fuerint æqualiter apparuerint vir suus habebit officia magna in regione sua.

Cum linea Saturni comitem bonam habuerit lineam Mercurij; mulier erit boni ingenij, proborum morum, & sui honoris amatrix; eritquè deuota, & pia. Semper cum hæ secundæ lineæ in vna, eademquè forma ælucescerint, & ascendens signum fuerit Capricornus cum probo mulier viro in matrimonio dabitur.

Cum in bona forma fuerit linea Saturni, & & Veneris; monasterio inclinabitur mulier; fuerit casta, pudica, & honesta, multisuè virtutibus hornata; & in quolibet sexu viuet, fortunata fuerit.

Si erit in religione, omnium erit maior; si in sæculo; coniugem assumet sui causa officij homines dominantem.

Cum benè apparuerit linea Saturni, & Solis à principibus mulier, & dominis venerabitur, gratificabitur, & virum minores ortus suo habebit.

Cum bene erit formata linea Saturni, & linea Martis; erit mulier magni animi, & audax, fortis complexionis, & cum hę secundæ lineę elucescunt in hac apparitione, longæ mulier fuerit vitæ, & naturali morte, (Deo iubente) morietur.

Quando linea Saturni benè apparuerit formata cum linea Iouis; fortunátam ostendit mulierem possidentem feudos, & villasquè; longęue fuerit vitę, & plures huic viri promittuntur.

Scitote, quanto lineæ vnam annectunt formam; tanto certæ, & veræ sunt indicationes; totumqȝ è rectarum linearum dictum, de indirectis intelligendum; rectę ad bonum, & ad malum indirectæ.

Quando linea Saturni fuerit indirecta, indirecta, interrupta, & intrinsecata, aliasq; non haberet lineas defendentes; in muliere violentæ mortis reponitur periculum, & quo malè illæ apparuerint formatæ, eo portendunt mortem formidabilem, & lineæ prædictæ, quando videntur; dicetur, ascendentem, Saturnumque

suum

suum dominum fuisse in malis aspectibus cum luminaribus.

Cum malæ comitationi linea Saturni lunari lineæ tribuetur mulier maximis afficietur vexationibus villicorum causa; sua amittet bona; & virum ducet humori suo contrarium, & ab illo separabitur; erit subiecta venenis, & si has secundas lineas aliæ rectæ non sequentur lineæ violenta morte, morietur mulier.

Cum in tali forma tales apparebunt lineæ; dicetur Saturnum, Lunamq; suam, in tempore eius conceptionis in oppositione fuisse cum ascendente Capricorni.

Cum Saturni, & Mercurij male formabitur linea; multi mulierem persequentur, sic factarum, vt non factarum causa rerum; fuerit mala mulier; vexabitur carceribus, & à patria sua exulabit.

Et cum in tali forma apparuerint, ascendentem, & Saturnum cum Mercurio in aspectibus maleficis fuisse in eorum conceptione deuelat.

Quando mala formatione Saturni, & Veneris vestietur linea; mulier erit inconstans, & ex se ad ingesta comittenda cum parentibus suis inclinabitur, & si in hac configuratione non adfuerit solaris, & Iouialis linea cum rectitudine; publica mulier erit meretrix.

Quando taliter apparuerint hæ lineæ; Venerem suam in conceptione cum radijs fuisse

 ma-

malis præfigurat, quæ sic inspiciebatur ab ascendente Capricorni, vt à Saturno, & luminaribus, & horum effectuum ratione, dictarum explicantur linearum apparitiones, quarum indicationes sunt mulierem habere plagas, & incurabiles morbos.

Cum linea Saturni malè comitabitur solarem, violentæ morti mulier subijcietur, & si nó aliæ fuerint lineæ defendentes; eius mors erit formidabilis sui honoris.

Et cum in tali apparitione apparuerint hæ duæ lineæ, dicetur, in tempore suæ conceptionis Solem fuisse oppositum Saturno, & cum ascendente in quadrato, & huius ratione, in tali apparitione fuerunt efformatæ lineæ.

Quando in mala vnione fuerit Saturnina linea cum Martiali, ambęq; fuerint interruptæ; dicetur mulierem esse subiectam violentæ mortis, se caueat ab igne, & ab igneis armis, sicut etiã à casu ab alto, & præcipitoso loco, & sic efformatę lineæ cum obseruantur; Martem, & Saturnum fuisse inspectum, cum malo aspectu ab ascendente Capricorni, & duobus luminaribus.

Quando linea Saturni male apparuerint, & Iouis linea, mulier infortunij, infirmitatibusq; fuerit dedita, hæ secundæ lineæ cum vnientur; ascendentem Capricorni reddere mulierem mollem, pauci discursus, & non faciliter suas claras sciet reddere rationes.

De

De signo Aquarij. Cap. 33.

Signo tali ascendente; mediocri mulier vestietur statura, ex colorato assumet, & ex sanguineo; in matrimonijs erit fortunata; aspectus pulchri fuerit eius facies; magni erunt oculi, pilis plena supercilia multi:, vox sonora, breues dentes, & pulchra gula.

Semper hoc signo veniente pro ascendente in bona mulier reddetur circumuoluta forma.

Et ascendente cum prima facie; quæ Venereo substat imperio; mulier proba conficiet matrimonia; erit astuta, & pulchrorum membrorum; in pectore signabit neum, & à parte dextera illæ si fuerit; longo tempore viuet cum filijs suis mulier, & si in finistra; filiorum suorum omnium prospiciet mortem; semper neus hic in finistra parte; repentinam conuocat mortem, & hoc accidit, cum suus Aquarius fuerit ascendens, & cum primis 10. gradibus ascendet; duo accidentia memoriæ digna cum prima hac facie ducet mulier; vnum in anno 19. ætatis suæ, & in 22. alterum; in his, ascendens per signum Leonis pertransibit, aquario oppositũ, & erit 19. & in illo 22. erit propter signũ Scorpionis, quòd est antiscius Aquarij signi.

Aquarius cum in 2. facie ascendet, cuius dominus est Mercurius; reddetur mulier floridi

ingenij,studiosa, pulchrę æloquentiæ, altæ staturæ, mellei coloris cum capillis, magna fronte,albis oculis, nasu breui potius quam longo indifferentibus dentibus,longa facie, & Aquario in secunda facie ascendente; signatur mulier in brachio neuo, circa cubitum, & si hic fuerit in dextero; in matrimonio efficiendo fuerit maxime fortunata mulier, & in bonis fortunæ conficiendis; verum si in sinistro; mulier ob bona alicuius sui parentis causabit mortem, diuersis erit infirmitatibus dedita, duaque signabilia habebit accidētia; vnum in anno 26. ætatis suæ,& in anno 31.alterum; primum, ob quadratum perfectionis; & secundum propter oppositionem.

Cum signum prædictum in tertia facie ascēdet,quam imperatur Luna;mulier fuerit vultus rotundi, alba multis capillis succis plena, etiamq, vt in secunda facie diximus, habebit neum,& nisi homo fortis reddatur:cum physonomia signorum,neus non potest determinare oppositionem secundę ad tertiam,quoniam in eadem apparet situatione, & dum in proprijs fuerit locis; significata secundæ erunt causa tertię,mulier,quæ,huic tertię subijcietur faciei, fuerit liberalis,& id quod ab ea petetur, haud negare poterit;similiter duobus erit dedita accidentibus primum in anno suę ętatis 13. & in anno 31.secundum fuerit.

Cum signum Aquarij fuerit in ascendente,

ex-

expectabitur mulier, cum linea Saturnina magis releuata, & profundiori alijs lineis in eius fronte reconditis, & cum Aquarium, masculeũ sit signum, magis à dextera profundabitur, quã à sinistra, quòd Capricorni fuerit contrarium; in coniecturatione ista homo debet esse cautus, & naturali vti debet Physonomia, & ideò Methoposcopiæ iunctam propono illam, vt facilis sit vobis ascendens signum, & hoc verificato; vos metipsi coniecturare potestis Planetarum influentes indicationes, quos vobis faciles esse futuros propter doctrinas, quas vos docui, idest cognoscendi linea, in comitatione ascendentis.

Cum linea Saturni fuerit in ascendẽte Aquarij, & erit recta, longa, profunda, & colorata; mulier maximos Saturni possidebit annos, & sunt, vt vobis dixi in Capricorno 67.

Et si cum linea prædicta fuerit linea Solis, & Iouis in eadem prorsus apparitione, magnam mulier ipsa pertransibit ætatem; obseruatum fuit, quòd hæc linea Saturni, diuitiarum influit cumulationes, & mulier semper bona recondet matrimonia; suos filios aspiciet in exaltatione, & in quolibet tempore fortuna fruetur.

Cum linea Lunæ prædicta fuerit breuis, & breuitas erit directa, beneq; profunda, promittuntur anni mediocres, idest 42. fortuna eius in terræ bonis recondita fuerit; virumquè habebit diuitem, & eius diuitia similiter seminatoriorum

rij formantur ſigno.

Quando linea Saturni erit recta, longa, beneq; profunda, & eadem forma veſtietur linea Lunæ;fortis, & ſanæ mulier fuerit complexionis,longæ vitæ; honorabiliaq; matrimonia faciet;ſecunda,& felicia æuenient ei accidentia, vir ſuus erit negotiator, maximaſuè poſſidebit exaltationes; ſemper cum hi linearum obſeruatur aſpectus,dicetur,quòd aſcendens Aquarij in ſuæ conceptionis tempore,& Saturnus ſigni dominator in bonos fuerunt aſpectus, ſic luminarium,vt infortuniorum,& hanc ob cauſam videntur lineæ in forma dicta.

Cum bene Saturni linea correſponſerit Mercuriali,mulier fuerit pudica, & Monaſterio inclinabit.

Et ſi cum dictis ſecundis lineis erit altera recta;quod mulier in maturioribus ſuis annis nubetur dicemus,multaſq; poſſidebit diuitias, & letitias ſui cauſa ingenij,& doctrinæ.

Quando linea; Saturni fuerit in bona comitatione cum linea Veneris,dici poterit fortunatam futuram eſſe mulierem,& hæreditates habebit;cum parentibus ſuis nubetur,& donationibus fruetur.

Cum linea Saturni ſolarem habuerit comitem;mulierem fortunæ bonis plenam indicat; bonum ei aduenict matrimonium, ſuuſq; vir boni erit ortus ; boni ipſa fuerit nomin[illegible] & apud principes,& d[illegible]

quetur cum vnione;illæq; in malo fuerint aspe-ctu;mulier erint inconstans, & maleficæ natu-ræ,deceptrix,& inhonestarum rerum effectrix; à iustitia vexabitur.

Cum in mala forma fuerit linea Saturni, & Veneris publicam mulierem inclinat meretri-cem, sic in iuuentute sua, vt in maturis annisq; malarum actionum pessimeq; erit naturæ.

Quando linea Saturni comitem solarem ostendet sibi lineam, ambæq; malæ fuerint ap-parentiæ;venenis mulier,violenteq; erit subie-cta morti;gentes fugiat nobiles, quorum causa mala omnia ad eam peruenient.

Et cum in tali forma hæ apparuerint lineæ; Saturnum fuisse Soli oppositum in eius con-ceptione, & ascendenti in Solis quadrato, & Saturni.

Cum in situatione mala fuerit linea Saturni vnita martiali lineæ;mulier à persequutionibus, vulneribusq; vexabitur; multa committet faci-noras;carceribus,& ab eius patria exilijs afficie-tur;& si fuerit 3.linea,quæ similiter erit rupta, intrinsecata,& fuerit Mercurij, mulier vt falsa-ria per brachia suspendetur, & si loco Mercurij vnus ad fuerit ex luminaribus,violentus; fue-rit,& ignominiosus eius interitus propter iusti-tiam.

Cum in mala forma erit linea Iouis; fuerit imprudens mulier; cuius imprudentia studio multa conficiet facinora; erit dissipatrix, & ob

ta-

talem caufam ad paupertatẽ labetur, & si aliæ interruptæ lineæ, & intrinsecatæ præerint mors sua coniecturatur violenta.

Hæ omnes coniecturationes, erunt, vt aliæ omnes cum Aquarij ascendente.

De signo Piscis. Cap. 34.

PRædicto ascendente signo; mulier paruorum membrorum, delectabilis, valdè pulcra, pia, clemens, & bonarum cogitationum, fortunataq; fuerit, & media eius fortunataquè fuerit, & media eius fortuna, suos superabit aduersarios; quæ fortuna, magis illi erit secunda in annis maturis, quam in iuuentute; plures ei spondet viros; suarum carnium color mediocriter fuerit albus; existimabitur, & maximæ fuerit fidis; facies euis potius longa, quam rotunda; nasus versus os declinabit, & verget ad Aquilinum; pulchri fuerit oris, magni colli, & mediocris staturæ.

Piscis signo cum prima facie ascendente, quam dominatur Saturnus; graui mulier erit vultus, & melancholici, non lati pectoris; oculos, raros dentes breues; in facie ostendet neũ, & si ille fuerit à parte dextera, erit fortunata mulier; bonumq; faciet matrimonium; si à sinistra habebit infortunia, angustias, & periculosas

ſas infirmitates; ſemper Piſce aſcendente; mulier in parte ſiniſtra faciei ſignabitur neuo, & eam ſuus maculabit vir cum morbo gallico.

Duo accidentia fuere ſignata in hac prima facie; primum erit in anno 16. ætatis ſuæ, & ſecundum in 25. primum, ob quadratum aſcendentis, & ſecundum per tertium regreſſum Piſcis in ſuo principio.

Cum ſignum Piſcis aſcendet in ſecunda facie quam dominatur Iouis; ſingularis pulchredinis reddetur mulier, pulchri aſpectus ſpatularum, & longi pectoris, pulchri oculi, & oris latorum dentium, & maximæ ſonoræ vocis.

Semper cum Piſcis aſcendit in ſecunda facie, in pedibus mulier aſpiciet neum, & ſi illæ fuerit in dextero in viaticis fortunata fuerit; ſi in ſiniſtro à multis ægrotandi periculis moleſtabitur, à caſibus, & ſimilibus ſe caueat; pericula huius ſecundæ faciei ſolum fuerit, & in anno ſecundo ſuæ ætatis, & in hoc tempore Arietis aſcendens contrantiſcius ſuus fuerit cũ aſcendente Piſcis; benè noſtros obſeruetis diſcurſus, nam hoc eſt primum tempus in quo in mundi theatro hæ apparent ſcientiæ; quæ ſe ipſæ minimè naturæ celantur; Phyloſophate, & multo magis inuenietis, ac à me fuit diſcurſum, minimæq; tempori peperci, quòd potui ſic, eum Methopoſcopia, vt cum Phyſonomia, quę re vera principibus, tales ſunt dignę ſcientię regẽtibus, parcentibus, & in terra punientibus.

Quan-

Quando signum Piscis ascendit cum tertia facie,quę Martis subſtat imperio; membrorum mulier valdè erit æmaciatorum; fuerit colorata,& iraſcibilis;dentes demnonſtrabit formatos;eius vox erit ſtridens, & ad ſeuerum inclinabit.

Cum 3. Piſcis facie, mulier afficietur neuo circa manus,& ſi illæ fuerit à dextera; mediocris erit fortuna, ſi in ſiniſtra portendet caſus ab alto;mulier illa,quæ 3. habuerit pro aſcendente faciem; duo conſideranda habebit accidentia primum in 8.anno ætatis ſuæ, & ſecundum in anno 14. & quia in omnibus locis rationes adduxi,neceſſe eſt etiam, vt in hac vltima facie vltimi ſigni ſuas ducam rationes;cauſa primi, nempè octaui, dico fuiſſe aſcendentē Piſcis tranſeuntem ſupra Libræ ſignum, quòd eſt Piſcis antiſcius; 14. quia ſignum prædictum Piſcis regreſſus eſt per arietem ſuum proprium contrantiſcium,ſi accidētium ſcire vultis qualitatem inueniatis primam tabulam cronicationis Lunæ,& quæretis in tabula diurna octauum annum pro primo accidente,& inuenietis 8.annos ſex menſes,& 26. dies, & quia eſt Piſcis ſignum domus Iouis; videbitis, quòd horum annorum octauo ſunt cronicatores Sol,& Iouis.

Alterius accidentis in anno 14. inuenietis Venerem,& Saturnum,& quia in principio,totam vobis ſcripſi Lunę cronicationem,hic punctum facio.

Quan

Quando ad eam Piscis ascendet signum ; mulier habebit lineam Iouialem profundiorem alijs,& profunditas ipsa erit, vt omnis alia , & cum sit signum fœmineum à sinistra incipiet , & quando linea prædicta solummodo fuerit integra cum rectitudine profunditate, & colore mulier Iouis maximos possidebit annos Iouis , & quamuis toties hoc vobis explicuissem, iterum repeto esse annum 79. & si linea dicta fuerit interrupta, & partem aliquam habuerit profunditatis ; ei mediocres spondet annos idest 45. annum, & totaliter si fuerit rupta , & intrinsecata , assumet annos minores nempè duodecim.

Hi maiores,mediocres,& minores anni,solum debent intelligi propter lineam in situatione reconditam Planeti,& illa cum sequela aliarum linearum habuerit,aliter coniecturans dum,nam vnum est rem simpliciter apparere , & alterum esse coniunctam.

Quando linea Iouis fuerit longa , directa , profunda,& colorata;erit mulier fortunata,sanę & longæ vitæ,suusq;vir Ecclesiasticis fruetur rebus;mulier fuerit pia, & maximè pacis amatrix,& quietis; in omnibus negotijs suis fortunata fuerit.

Cum prædicta Iouialis linea fuerit interrupta,malæ salutis,& non longæ vitæ denotat mulierem.

Quando linea prædicta erit intrinsecata ;

A mu-

lier fuerit subiecta persequtionibus,infortunijs, & bonorum deperditionibus.

Cum fuerit diuisa, & partes illæ non habuerint rectitudinem, nec profunditatem; mulier erit deperditrix paternorum bonorum.

Et si apparens linea, apparuerit à parte dextera,sua bona omnia non dissipabit, verum si à sinistra illam deperdet libenter; cum fuerit à parte dextera bona erunt paterna,à sinistra, materna; & si linea ipsa Iouialis profunda apparuerit in medio,& se ipsa acquisierit bona.

Cum linea Iouis bonam Saturni lineam habuerit comitem,denotat mulierem habere virum rusticum,sed diuitem,& ingeniosum.

Quando linea Iouis fuerit in bona comitatione cum linea lunari, itaut ambæ rectæ fuerint,& longæ, dicetur, quòd mulier fuerit fortunata matrimonij causa,& quando cum lineis prædictis fuerint aliæ lineæ fortunatæ; plures habebit coniuges, & quò illæ integræ fuerint, & rectæ, eo maiorem eorum viri fortuna afficientur.

Cum benè apparuerit linea Iouis cum linea Mercurij;mulier erit modesta, & eleuati ingenij,& literatus,ingeniosusq; suus erit vir.

Quando linea Iouis benè comitauerit lineã Veneris;faciet,vt mulier sit honesta,cuius causa maximæ existimationis habebit virum; mulier erit casta,& bonorum morum;semper cum in modo prædicto has secundas videbitis lineas,

neas,longo mulier viuet tempore.

Cum linea Iouis in bono consortio fuerit cum linea Martis; magni mulier fuerit animi; erit virilis,& generosa,honesta, & sui viri gelosa;in familiaribus negotijs eius persistit fortuna,& in gubernationibus domesticis.

Semper cum mulier has duas Iouialem, & Martialem habuerit lineas in eadem rectitudine,& profunditate, & ascendens fuerit signum Piscis;mulier virum suum dominabitur,suamq; totam reget familiam.

Post linearum rectarum apparitionem, de indirectis dicetur, intrinsecatis, diuisis, breuibus,vndatis, & tortuosis, & si bonæ indicauerunt bona;malæ pontendent mala.

Cum linea Iouis fuerit interrupta, & intrinsecata cum linea Saturni; mulierem esse infortunatam dicetur;à rusticis, & famulis eius bona auferentur, & quo hæ secundæ situationes Iouis,& Saturni offendentur, eo maiora erunt sua infortunia,sic bonorum,vt honoris.

Cum male apparuerit linea Iouis vnita lunari; mulier erit infortunata, & quo ad fuerint malæ apparitionis lineæ, eo infortunata fuerit mulier lineæ hæ sic malè efformatæ, cum sunt sub ascendente Piscis indicant mulierem in honestam.

Cum linea Iouis, & Mercurij mala conuestientur forma; mulierem ascribunt inconstantem,a patre & viro fugientem,& parentes suos

inhonorantem, & si cum dictis duabus lineis ad fuerit aliqua luminarium linea, similiter in mala forma; mulier fuerit meritrix, morteque morietur violenta.

Quando linea Iouis malam comitem habuerit lineam Veneris; meretricem mulierem, & infortunatam portendunt.

Cum linea Iouis male correspondebit lineæ solari mulier erit subiecta tribulationibus causa nobilium gentium; afficietur detrimento in suis bonis, sic propter legistas, vt ob Ecclesiasticos, & si cum his duabus lineis connumeretur tertia linea, illaq; esset Lunæ in eadem apparitione cum duabus, mulier esse deceptrix; suumquè decipiet virum.

Aduerti tè; coniecturationes has fieri in ascẽdente Piscis, & ideò semper vobis memoro, quòd ascendens benè possideatis signum.

Cũ mala apparitione cincetur linea Iouis, cũ linea Martis; inclinat mulierẽ homicidã; afficietur infortuniis, & persequentur; & si cũ his 2. lineis fuerint aliæ lineę rectę, & intrinsecatę; violẽta mulier morietur morte causa adulterij, & si fortasse linea 3. fuerit Lunę, mulier amatrix fuerit extranei amantis; si fuerit Mercurialis amans erit literis ornatus; si Veneris fuerit famulus; si Solis; fuisset suus cõsanguineus, & si solũ Martis, vt diximus supra; homo amãs mulierẽ fuerit seruilis, & vilis conditionis, & de his actenus. Dei gratia.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Ta-

3737

TABVLA.

Ta-

De

374

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LABORATORIO
DI
RESTAURO
S. FRANCESCA ROMANA
Via del Teatro
di Marcello 32
00186 ROMA

Digitized by Google